

72

ya 130 m

130^m

 P. OVIDII
N A S O N I S P E L I -
G N E N S I S D E V E T V L A
L I B R I T R E S :

AN. M. D. XXXIII.



ARGVMENTVM, LEO,
NIS PROTHONOTARII

sacri palatij Bizantæi, sub Vatachio
principe, in librum P. Ouidij Pe-
lignensis, de Vetula.

Ovidius Naso, Pelignensis ruris alumnus,
Certus ab exilio se iam non posse reuerti,
Et quærens quæcunq; sibi solatia, librum
Ædidiit hunc, in eo describens, quis modus ipsi
Viuenti fuerat tunc, quando uacabat amanti.
Quare mutauit, & quomodo postea uixit,
Quid ue intendebat, stimul ac amore uacauit.
Imposuitq; suo titulum, nomenq; libello,
De Vetula, pro qua fuerat mutatio facta
Inq; suo secum iussit condire sepulchro,
Ut sua si saltem contingeret ossa referri,
Corredeunte libro, rediuuium nomen haberet.
Et quia nullus eis curauit de referendis,
Nec fuit attente lectus, nec habetur in usu.

PRÆFATIO ipsius autoris.

Queritur, unde mihi q; opus præcesserit istud
Versibus hexametris solū, nec subduplicari
More meo pentemimerim, cū nullus herorū
Hic describatur. sed qui perlegerit ipsum
Sedulus, inueniet seruiti semper amoris
A modo me debere iugo subducere, sicq;
Respondere sibi poterit. cur euacuata
Causa, debuerit caussatus & euacuari
Versus amatorum proprius, Veneriq; dicatus.

P. OVIDII

NASONIS PELIGNEN

SIS DE VETVLA, LIBER

PRIMVS. In quo describit mo-
dum uiuendi, quē habuerat, dum
uacaret amori.



Quam charus erat mihi, quam
que optabilis ille
Fœmineus sexus, sine quo nec
uiuere posse
Credebam quemcunque uirum.
sed & inferiorem

Me certe quocunq; uiro quo ad hoc reputabam.
Qui procul à chara me uiuere posse negassem.
Omnes sollicitè uenerans, unius odore.
Esse mihi malens unam, cuius mos stabilis esset,
Commodus & concors, q̄ multiplicare puellas.
Ex quibus importuna foret mihi forsitan una.
Nam sicut uulgare solet paradigma tenere:
Sicut habens centum, nullam reputatur habere,
sic & habens unam, pro centum computat illam.
Nam nullius eris, dum te non uendicet una.
Vnaq; sufficet, quasi centum solus haberes.
Vnusquisq; sibi quod mauult, eligit: & quod
Non placet, hoc renuit. de me scio quod magis unā
Vellem, q̄ nullam: quod concordem magis unam,

Quam

DE VETULA LIB. I.

Quam multas, quarum mihi contradiceret una.
 Vnam propterea cribraram, è milibus unam,
 Perfectam. quam si citius fortuna dedisset,
 Inter felices merito numerabilis essem.

Quamquam letabar ea, quantumq; iuuabat
 Esse sui memorem? quanta dulcedine, curis
 Expulsis, pectusq; meum mulcere solebat?
 Postpositosq; iocos modulis reuocare sonoris.
 Vestibus ornari nitidis faciebat, alute
 Castigare pedes circumplexu sinuosos.
 Nil erat incultum, facies nisi sola, puellis
 Esse videbatur solis pars illa colenda.
 Nec facies neglecta tamen, quin prouidus essem
 Ne circumstarent, fluxi uestigia putris.
 Seu lachrymalia, seu cuiusque foramina sensus.

Et iuuenescebam, quoties mento reparato,
 Barbalem radebat acuta nouacula sylvam.
 Cuius cum spoliū nullam ferat utilitatem,
 Charior ulla tamen non est, nec deditus ulli
 Tantus honor syluæ. multum placet asperitas hæc,
 Non pro se, sed pro signato, sylua uiriles
 Indicat hæc animos, uires quoq; partis amicæ,
 Per quam saluatur species diuina. licet sit
 Ex indiuiduis mortalibus, ipsa dat unde
 Non in se rediens, licet in se uisa reflecti
 Sed processiuè generatio continuetur.
 Ipsa receptricem fecundat tempore certo,
 Sponte refusuram dulcissima pignora natos.

P. OVIDII NASONIS

Quo nihil est homini contunctius, ipsa ministrat.
Vnde superba thori consors se grata libensq;
Supponat maris imperio subiectio mira.
Nam famulamur eis, tanta inclinatio nostra
Naturaliter est ad sexum foemineum, qui
Præ cunctis letum me fecerat esse coeuis.

ME refici laute clara faciebat in aula,
Cuius cāpus erat stratus pro tēpore, pratt
Nūc spolijs uinco, cereris nūc stipite flauo.

¶ Inuitare bonos mea larga manus sat agebat,
Et proprijs rebus tanquam communibus uti.
Multiplicare dapes, effunde sanguinis uue
Mille modos. & ubi rigor exigeret glacialis
Ignibus accensis, truncosq; uorante camino,
Æstatem reuocare, nouo quasi sole creato.
Vtq; meis posset de nocte diescere mensis,
Sydereas aptare faces, quas mellis aiebat
Sponsa, sed ipsius sponsi diuortia passa.
His immiscebam quicquid poterat modulari
Concentus uarios, licet in diuersa trabentes,
Concordare tamen uisos, uel uoce, uel usu
Instrumentorum, quicquid uel musica scribit,
Vel didicere manus, auditu iudice, tacto
Pulsu uel tractu uel flatu. cymbala pulsum
Dura uolunt, tractumq; fides, & fistula flatum.

INtrabam thalamos etiam si quando libebat
Secretos, ubi lux si uellem multa uigeret,
Nullaq; si uellem: uel si mallem, mediocris.

Inde uidere potens syluas, agrosq; feraces,
 Hortos, & uites, fluuios, & prata, lacusq;.
 Si tamen aspectus horum quoscunq; iuaret,
 Quantumcunq; iuuet aspectus longus eorum.
 Aspectum credas & delectabiliorem
 Inclusum mecum, satis & mirabiliorem.
 Nam si diues erat, qui uisum pascere posset,
 Ditior à longe qui pascere sufficiebat
 Sensibus intellectum multo nobiliorem.
 Sicut enim uirtus intellectiua superstat
 Sensibili, sic, & nisi sit proportio mendax,
 Obiectum obiectum superabit, & interiori
 Luci doctrinae, quæ illuminat intellectum,
 Nunquam præsumet conferre foranea se lux.
 Quod si contulerit temere, ridebitur inde,
 Tanquam si candela uelit contendere soli.
 Hæc lux doctrinae mecum conclusa nitebat,
 Plusq; fouebat ea, q̄ quoquam materiali.
 Eleganter erat paries uestitus amœnis
 Undiq; picturis diuersicoloribus, auro
 Clarus, imaginibus tacitis præconia clamans
 Artificis non historiam, sed mystica quædam
 Demonstrans illis, quorum descriptio plus est,
 Huius q̄ libri capiat sententia tota.

Illuc lectus erat, caro pretiosus amictu,
 Quo posset se uelle premi quæcunq; puella.
 Si uirgo, uim sponte pati captaret in illo.
 Que nihil amittens, amisso flore, notatur.

P. OVIDII NASONIS

¶ *Audacterq; thori fœdus dirumperet uxor,
Quæ fructum faciens, sobolem turbare timetur.*

¶ *Orba uiro refocillari gauderet ibidem,
Dum non conciperet, eremi frondentis amica.*

¶ *Hic flos utrgineus, fructusq; uxorius illic,
Hic uiduus ramus folijs facientibus umbram
Gratus. sed postquam desertum descriit, illic
Fertilitas metuenda, nisi transegerit annos.
Eligit hic flores, hic fructus, illeq; frondes.*

Sed quia crudelis qui famam negligit, illam
Vir prudens cupiat, quam suggillatio fame
Non sequitur. sane uirgo manet integra fama;
Donec prodât eam partus, uel prodiga lingua
Diulget secreta minus fîdis sociabus.
Vel si sors experta uirum desyderat ultra,
Quàm sit opus. nec iam scit dissimulare, sed ignem
Nunc gestu, nunc ornatu, confessa profundum
Circuit, & querit oculis quem diligit. & iam
Gaudia differrî non sustinet, intrat & exit
Inconsulta quidem. quia dum sibi non cauet, illi
Nemo cauere potest, cæcoq; furore uagatur.

Verum nupta quoad quædã minus est onerosa,
Atq; quoad quædam maiora pericula subdit.
Nupta potest ubi uult, et qñ, et qualiter ire.
Si iuuenis, trahit unanimes, trahitur ue per illas
Seq; theatrales simulat ludos adituram.
Si matura, forum, pro multis rebus emendis,
Esse frequentandum prætendit. deq; minutis

Intro

DE VETVLA LIB. I.

Intromittit se, maior a gerente marito.
 Quod si iam non sit humili de plebe, nec ipsam.
 His operam dare conueniat, delubra decorum
 Circuit, & modicum censet uicina ualere.
 Plusq; remota placent, gaudet nouitate uitarum
 Quotidieq; deos creat, & miracula fingit
 Votis digna nouis quo se promittat ituram.
 Nec uadit, quia uouerit. imo uouit, quia uadat.
 Cum uotum non caussa uia sit, sed uia uoti.
 Ergo uouet, uel se dudum uouisse fatetur.
 Forfitan in partu, uel pro ualitudine, uera
 Seu commenticia, caussasq; perennat eundi.
 Religione quidem lucrata fidem, sed eadem
 Est sibi peccandi captata licentia. quo fit
 Ut peccatricis excusatiua fides, &
 Audax peccandi fiducia, sint ab eodem.
 Porro si coitum furtiuum ut saepe, sequatur
 Foetus, semper eum tibi sponsus alet, quia semper
 Filius uxoris, praesumitur esse mariti.
 E contra durum est, solennisfare, quod ille
 Conculcat. sed & nupta poterit quis habere
 Maiores inimicitias, quia pellice lesa
 Non tantum dolet haec, quin riuali magis ille.
 Aegra sed indemnus iniuria prouocat ipsum,
 Armaq; iusta mouet. qui si praeposuit amanti
 Forte superueniens, deprensosq; & mutilato
 Purget adulterium, fiet commotio risus
 In populo. nec erit qui compatiatur eidem

P. OVIDII NASONIS

Damna sui passo, nec iudex audiet ipsum.

A *Duiduam uenio, quæ si tantum timeat, ne
Concipiat, parat unde sibi procuret abor-
sum.*

*Immemorabilibus se potatura quibusdam,
Ut nondum nati fiat miserabile bustum.*

*Vel si iam natus clamore repleuerit auras,
Accusans matrem, subito perplexa stupore,
Et furij agit a nouis, improuida stringit
Auersis oculis teneri puerilia nati*

*Gutturum, nec spirare licet. sed deficiente
Aëre, non reperit quid cordi pulmo ministret.*

Et moritur, nondum gustato lacte parentis.

Pro scelus, o superi, sit ut insons sentiat hostem,

Cuius pars uteri nupcr fuit, ut prius inter

Manes quæ uiuos habitet, prius experiatur

Mortem quàm uitam, uix natus tempora complens,

Et matris peccata luens. illi hercle, quæ sic

Traëtat inhumane sua uiscera, me male credam,

Quin trata mibi dando sit pronaueneno.

D *Il bene, pro foribus si quoruncunq; decorum
Proiectus flectet, elemosyna publica saltem
Nutrisset eum, nullius et omnis aluumum.*

Dic mihi crudelis, dic mater cruda, tyrannus

Quid plus fecisset? deexat ne pater? modo desit.

Nunquid mater eras? ubi tu? non corpore deeras,

Vt mater deeras. utinam tu defueris, nam

Si sibi fatorum series utrunq; parentem

DE VETULA LIB. I.

Subtraxisset, ad huc bodie superesset. at una,
 Quam natura sibi debebat ad omnia totam,
 Quæ merito speranda fores sic tota futura,
 Plus sua quam tua, quod materno fœdere uelles
 Nutricis gerulæq; uices supplere, fuisti
 Vna inimica sibi confundens omnia iura.

Fœlix, qui posset uitare pericula. sed qui
 Scandala uitaret, longe fœlicior esset.
 Nam sicut melius mortali corpore, nomen
 Quod manet æternum, sic sunt petora periculis
 Scandala corporeis, cum sint contraria fama.
 Fœlicissimus est igitur, qui uitat utrunque.
 Dum tamen optata possit quandoq; potiri.

¶ Ha, quantis uoluit rationibus insinuare
 Naturæ pater et dominus, se uelle quod usque
 Propagarentur animalia. nam quis amaret?
 Quis tantum appeteret, nisi bruto ductus amore
 Tam fœdum coitum, nisi delectatio tanta
 Tamque potēs esset genitalibus indita membris?
 ¶ Sed potuit, scuit, uoluit tantam indere. Nosq;
 Ob utinam cupiamus eam, iuxta quod oportet.

Legem naturæ fixam ponamus, & illam
 Circūscribamus modo, quæ positiuæ uocatur.
 In qua peccabo si fecero quod prohibetur.
 Non quia peccatum sit, sed quoniam prohibetur.
 Rursum præceptum, si negligo, non quia iustum,
 Sed quia præceptum, circūscripta modo tali
 Lege loquor, ne multa loquens immiscuerim quid

P. OVIDII NASONES

Quod contra legem possim dixisse uideri.

IN uotis tunc esse meis plerunq; fatebar
 Fœlicem, si quis cognoscere posset amicam.
 Dum laeuum capiti summitteret ipse lacertum.
 Ipsa suum lauo lateri dextrum daret, atq;
 Molle femur, sed & una manus restaret utriq;
 Libera, secretis tractatibus apta quibusdam.
 Pectora sic essent sibi iuncta, quod ubera pressam
 Cordis amatoris circumstarent regionem.
 Fomentum stimulans, stimulumq; datura fouentem;
 Ad meditatiuam coitu supereuigilandam
 Oscula densa darent, sibi colluctantibus inter
 Denticulos linguis, dulcem sugente saliuam
 Alterutro. leui cum murmure, membraq; membris
 Aptarent, multisq; modis, multisq; figuris
 Iuncti uagirent, circumuoluendo sibi se,
 Illecebrasq; suas uerbis augendo iocosis.
 Seq; obseruarent, ut neuter præueniendus
 A consorte foret, uel præuenturus eundem,
 Quin simul ad Veneris lacrymas, quas motus amicæ
 Elicit, adducti, quasi commoriendo iacerent.
 Iam uelut exanimes facti, cessare coactis
 Motibus, & tanta uictis dulcedine, quantam
 Tantorum completio dat desyderiorum.
 Iamq; uiderentur animas efflare uicissim
 Alter in alterius faciem, uirtute sepulta.
 Et tandem sensim redeunte, resurgere, uita
 Quamuis inuiti, malletq; fuisse mōrosas

DE VETULA LIB. I.

Delicias istas. & gaudia tanta docere

Nullus inexpertus posset, nullusq; doceri.

¶ Sed quia nulli sunt adeo consortia chara,

Quin aliquando uelit consorte carere, iuuabat.

Nonnunquam solum spatioso me dare lecto.

ET quia non semper domibus delectat inesse,

Mos erat interdum, turba comitante meorum,

Cōspicuos faleris in equos conscēdere, fontes

Visere, cum saltu de montis uentre scatentes

Præcipiti riuo modo subuertente lapillum.

¶ Fructiferis & odoriferis uersabar in hortis,

Olfactūq; uagos florum uenabar odores.

¶ Tempore uernali, processu temporis, undas

Fluminis intrabam. cumq; essem plus grauis illis,

Alterno motu me reddebam leuiorem.

Brachia sic iactare sciens, & crura mouere.

¶ Quod quamuis grauior, quamuis undæ leuiores,

Lucrabar, leuibus grauiorem me superesse.

¶ Et modo sylvarum latebræ, modo prata placebant

Nunc Bacchi, Cereris ue nemus. meditabar ubique,

Qualiter hic uel ibi iocunde uiuere possem.

NAm curis plerunq; urgentibus, ut releuarer,

Nūc uolucrū turmis mihi mos erat insidiari:

Ventilabromo passim stabillone ligato

Fila supertracturus eis, si forsitan illic

Oblectarentur. Per equum deducere quasdam,

Donec in alas caligas & pyramidales

Intrassent, minime reditura. Gesticulando

P. OVIDII NASONIS

Quasdam, sicut agunt pastores cum ioculantur,
Sicut & ad sisstrum saltat lasciuia puella,
Sicut multoties agitur furijs agitatus,
Sicut iectigat is cuius nerui resoluti.

Nunc quasdam laqueis, quasdam uisco retinere,
Quarundam uisus obtundere noctibus igne,
At improuisas inuoluere retibus illas.

Nunc audis auibus pavidas terrere, uel illas
Quas fluuius, uel quas ager, aut nemus educat. hasq;
Prendere quas nec penna celer sublimat in altum,
Nec nemus occultat, nec aqua summersio saulat.

O Quicumq; pias furtiua fraude columbas
Talibus ingenijs, alijs ue, quibusq; fatigas
Cultrices Veneris, fecundas prole, gemellos

Omni mense ferè sibi multiplicare potentes,
Questu uiuentes, uastare domestica parcas
Diuitias mense. quarum nec simplicitati
Parcis, nec domini cuius sunt utilitati
Defers, ouantes comedens, quarum cibus ori
Non sapit, & stomachum male nutrit, durus utriq;
Omnibus in templis anathemate percutiariis,
In quibus alma Venus colitur, seu filius eius.

Nunc mihi mos etiam uenatum per nemus ire,
Et strepitu, cornuq; cauo, et mordacibus oēs
Sollicitare feras canibus, uestigia doctis
Certa sequi, & nunquam mutaturis semel actam:
Nunc illis arcere lupos, ut simplicitati
Parcatur timidarum ouium. Vulpisq; dolose

Caute

DE VETULA LIB. I.

Cautelas urgere, uicemq; rependere fraudi.

¶ Armatosq; metu lepores retrouertere, damas
Ignauas lassare cito, capreasq; fugaces
Prendere, dum caput occultant, nullumq; uidentes,
Arbitrantur & à nullo se posse uideri.

¶ Nunc ad cuniculum, foueæ munimine tutum,
Mittere furonem, qui dente laceffiat ipsum,
Donec in insidias pratensas retolorum
Se stimulatus agat, male cautus ab obsidione.

¶ Nunc baculis breuibus dauellosæ capitatis
Consisos leuitate sua, promptosq; salire
De ramo in ramum, cirogrillos dijaculare.

¶ Nunc quoq; præcipites, inconsulteq; ruentes,
Expectare sues, quos in uenabula torrens
Impetus atq; furor agit, & temerarius ausus.

Nunc ceruum celerẽ succinctũ, cruribus altis
Per densos ueprum ramos, ramosa ferẽtem
Cornua, & auditum q; terruerat repetentẽ,
Vel morsu retinere canum, uel aquas adeuntem
Cum longo cursu iam deficit halitus oris,
Speq; renascendi seq; ut refrigeret haurit.
Non quod eum reparet ue fugæ, reparet ue labori,
Sed quod sic fauces sitibundas impleat, ut non
Confortetur eo sua uirtus, imo uoluntas
Inconsulta quidem. nam quod sorbetur ab illo,
Torporem generat. cum quærere debeat illa
Quæ faciunt agilem. tunc mos uiolenter adire
Ut uel se reddat ripæ, canibus lacerandum,

Vel me

P. OVIDII NASONIS

Vel medijs mersus succumbat aquis, ⁱⁿ dimēdo
Morte, metum mortis, grauior qui morte quibusdam

Vel certe postquam nuper per opaca repertū
Exciucere canēs, uestitum fronde latere
Qua sperabat eum uenator præteriturum

Expectareq; dum ueniat, certa; sagitta
Figere. moxq; canis gustato sanguine, naso
Credere, sicq; sequi quoadusq; cubilia tandem
Intraret fessus, quibus inuentus caperetur.
Ne moreretur inutilis in lustris, sed in aula.
Præterita iam morte nihil sensurus, adesset
Festiuus, quia iam tutus, quia mors semel usa
Iure suo, non plus in idem fungetur eodem.

Nunc et erat mihi mos pisces captare marinos.
Retibus hos, illos hamis, illosq; sagena.

Alatis quosdam caligis in pyramidalem
Conum protensis. etiam nunc ad fluuiales
Me conuertebam, connexis uimine quosdam
Decipiens calatis. ubi cederet ingredienti
Virgula flexibilis pisci, reditumq; paranti
Mordax eiusdem cuspis præacuta negaret.
Quosdam decipiens aliquando tenacibus hamis
Vermibus allicitos, quosdam per linea fila
Nodosis connexa modis, inuoluere gnarus.
Dum lignumq; supernatat, & plumbum petit ima,
Neue uel aëriam saltens approximet oram,
Vel fodiens in uisceribus limi peregrinet,
Illudens nobis alienis ex elementis.

Et tunc

DE VETULA LIB. I.

Et nunc anguillas tonitru terrente minaci
 Attonitas, & aquæ se præcipitantis in arcam
 Cursum sectantes, seruare manu capiendas.
 Nunc & dentato transfigere pectine uisas.

Tum face succensa nitidis de nocte sub undis:

Sontibus à curis per talia me releuabam,
 Solos euitans dectos, quibus alliciuntur
 Multimode multi, de quo super omnia miror.

Quis furor est homines exponere sic sua sorti?
 Cum solus casus in talibus inueniatur.

Vnde uentre potest hominem quod taliter urat
 Tantus amor ludi? tamq; irrefragabilis ardor?

Quid tibi cum numeris? quid habet numerus nume-
 ro plus?

Quid curas prior alteruter ueniat numerorum?

Mirari non sufficio, quero undiq; causam,

Non tamen inuenio, nisi quod præcendo sequaces

Ludi, lucrandi solius odore moueri

In summo cupidos, aliterque acquirere segnes.

Et demum fures, si possit adesse facultas.

Vidi multoties ego de patre paupere natum

Multiplicasse sibi numismata, multiplicasse

Diuitias alias, & agris agros cumulasse,

Atq; domos domibus. Vidi contraria. Nam cui

Prædecessores adquisierant bona multa.

Omnia dispergens, lusor, temulentus, adulter,

Omnia paulatim uendebat. & omnibus usus,

Tandem ad egestatem supremam deueniebat.

B

Vidi

F. OVIDII NASONIS

¶ Vidi nonnullum cuius possessio multa,
 Nec dispergebat uendendo taliter illam,
 Sed minus incaute faciebat deteriorem.
 Forsit an in domibus plumbo tectis habitabat,
 Ostia de ferro sibi, de ferroq; fenestra.
 Pro plumbo lateres mutabat, ferrea uendi,
 Atq; saligna loco poni faciebat eorum.
 Expensurus erat, quod de pretio remanebat.

Quem consuetudo mala difficilisq; relinquit
 Vini potandi maturos duxit ad annos,
 Et bona dispergit, pro consuetudine tali
 Quod delectat habet, aliquatinus excusatur.

¶ Qui uero facit hoc, optatum ut pascat amorem,
 Ut cui forma deest, desuntq; mouentia uerba,
 Saltem muneribus chara potiatur amica.

Quod delectat habet, aliquatinus excusatur.

¶ Sed qui pro ludo sua dispergit, nihil unde
 Excusetur habet, nihil est insanius ipso.

¶ Mercator prudens, non semper, non ubicunq;
 Vel uendit, uel emit merces quascunq;. sed illas
 Vendit tunc uel ibi, quando cara. uel ubi sunt
 Et quando uel ubi uiles, emit. has ibi, uel non
 Cognoscitq; bonas, & inest industria multa.

¶ Sed locus & tempus desunt lusoribus, & res
 Quae fieri possit modo uilis, uel modo cara.

Forte

Forte tamen dices quosdam præstare quibusdam
 Ex numeris quibus est lusoribus usus, eo quod
 Cum decius sit sex laterum, sex & numerorum
 simplicium, tribus in decijs sunt octo decemq;.

Quorum non nisi tres possunt decijs superesse.

Hi diuersimode uariantur, & inde bis octo
 Compositi numeri nascuntur, non tamen æque
 Virtutis. quoniam maiores atq; minores
 Ipsorum raro ueniunt, medijs frequenter.

Et reliqui quanto medijs quamuis propiores,
 Tanto præstantes, & sæpius aduenientes

His punctatura tantum uenientibus una.
 Illis sex, alijs mediocriter inter utrosq;.

Sic ut sint duo maiores, totidemq; minores.
 Vna quibus sit punctatura, duosq; sequentes.

Hic maior, minor ille, quibus sit bina duobus.
 Rursum post istos sit terna, deinde quaterna,
 Quinaq;, sicut eis succedunt appropriando
 Quattuor ad medios, quibus est punctatio sena.
 Quæ reddet leuiora tibi subiecta tabella.

P. OVIDII NASONIS

666							18
665							17
664	655						16
663	654	555					15
662	653	644	554				14
661	652	643	553	445			13
651	642	633	552	543	444		12
641	632	551	542	533	443		11
631	622	541	532	442	433		10
621	531	522	44 ¹	432	333		9
611	521	431	422	332			8
511	421	331	223				7
411	321	222					6
311	221						5
211							4
.1.1.1.							3

*Hi sunt sex & quinquaginta modi ueniendi.
 Nec numerus minor esse potest, uel maior, eorum.
 Nam quando similes fuerint sibi tres numeri, qui
 Iactum componunt, quia sex componibiles sunt
 Et punctaturæ sunt sex, pro qualibet una.
 Sed cum dissimilis alijs est unus eorum
 Atq; duo similes, triginta potest uariari
 Punctatura modis. quia si duplicaueris ex sex
 Quolibet, adiuncto reliquorum quolibet, inde
 Producens triginta quasi sex quinquuplicatis.
 Quod si dissimiles fuerint omnino sibi tres,*

Tunc

DE VETVLA LIB. I.

Tunc punctaturas uiginti connumerabis.

Hoc ideo, quia continui possunt numeri tres

Quattuor esse modis, discontinui totidem. sed

Si duo continui fuerint, discontinuus;

Tertius, inuenies hinc tres bis, & inde duos ter.

Quod tibi declarat oculis subiecta figura.

Omnino similes.

666 555 444 333 222 111

Duo similes & tertius dissimilis.

665 664 663 662 661

556 554 553 552 551

446 445 443 442 441

336 335 334 332 331

226 225 224 223 221

116 115 114 113 112

Omnino dissimiles continui.

654 543 432 321

Discontinui.

642 531 641 631

Duo continui & tertius discontinuus.

653 652 651 621 521 421

542 541 643 431 632 532

Rursum sunt quaedam subtilius inspicienti
De punctaturis, quibus una cadētia tantū est
sūtq; qbus sunt tres aut sex, qā scēma cadēdi

Tunc differre nequit, quando similes fuerint tres

Prædicti numeri. si uero sit unus eorum

Dissimilis, similesq; duo, tria scēmata surgunt

P. OVIDII NASONIS

Dissimili cuicumq; superposito deciorum.
 Sed si dissimiles sunt omnes, inuenies sex
 Verti posse modis. quia quemlibet ex tribus uni
 Cum dederis, reliqui duo permutant loca, sicut
 Punctaturarum docet alternatio. sicq;
 Quinquaginta modis & sex diuersificantur
 In punctaturis. punctaturæq; ducentis
 Atq; bis octo cadendi scematibus, quibus inter
 Compositos numeros, quibus est lusoribus usus,
 Deuisis prout inter eos sunt distribuenda.
 Plene cognosces quantæ uirtutis eorum
 Quilibet esse potest, seu quantæ debilitatis.
 Quod subscripta potest tibi declarare figura.

Quot punctaturas & quot cadentias
 habeat quilibet numerorum
 compositorum.

3	18	Punctatura	1	Cadentia	1
4	17	Punctaturæ	1	Cadentiæ	3
5	16	Punctaturæ	2	Cadentiæ	6
6	15	Punctaturæ	3	Cadentiæ	10
7	14	Punctaturæ	4	Cadentiæ	15
8	13	Punctaturæ	5	Cadentiæ	12
9	12	Punctaturæ	6	Cadentiæ	25
10	11	Punctaturæ	6	Cadentiæ	27

Omnes cadentiæ. 108. omnium punctaturarum.

Non igitur solus ibi casus inest. Ego uero
 Dico tibi breuibus casu non posse carere,
 Quod tibi uel socio cōcedat fors meliorem.

Respondes, quod inest ludo ingenium iactendi,
 Excludens casum. sed ad hoc etiam tibi dico.

Si recte iacias, modicum ualet. Ac aliter q̄
 Recte si iacias, furtum committis, eoq̄

A ludi socio comperto probra sequuntur.

Iuratur temere, blasphemia multiplicatur.

Post probra, percutitur cum pugno, dilaniantur

Crimes, cultelli sequitur temerarius ictus.

Solus inest casus, quem non sequitur, nisi stultus.

Quod si fortunam dicas, fortuna coequa
 Non erit ergo omnes indiuiduos. quia si tu
 Fortunatus es, est te fortunatior alter.

Nec potes ante omnes fortunatissimus esse.

Nec scis fortunas hominum. concluditur ergo,

Quod redit ad casum, quē non sequitur nisi stultus.

Adde quod in multis ludis, quicumq̄ lucratur,

Non solus sua lucra refert. dabit undiq̄, si non

Discolus est, & ei circumstans quisq̄ nocebit.

Quod si perdidit, non inueniet releuantem.

Vnde fit, ut si non plures fortuna sequatur

Ludos, non poterit ludorum euadere damna.

Addeq̄ quod lusor se continuare lucrando

Nescit, perdendo nescit dimittere ludum.

Si fatum ponas, fatui qui fata sequuntur.

Nam posito fato, libertas arbitrij non

P. OVIDII NASONIS

Esset, sed libertas est aliquid. nihil ergo
 Est fatum fatuum. Fatui qui fata sequuntur.
 Solus inest casus, quem non sequitur nisi stultus.
 Non dico me non luisse, sed omnia libes,
 Quæ uel lucratus fuerim, casu ue sinistro
 Perdiderim. summam si de maiore minorem
 Diminuas, non inuenies solidum remanere.

EXcusare tamen speciem ludi deciorum
 Nituntur, cum qua deducitur alea perinde
 Ipsam dicentes pauco discrimine rerum
 Pasci posse diu, tanta est dilatio ludi,
 Tanta lucri damni ue mora est, successio cuius
 Tot parit euentus, quot iactus continet in se
 Fine tenus ludus. nec sola sorte, sed arte
 Procedunt acies, & est industria mira.
 Præsertim cum multimode mutatio ludi
 Quolibet in iactu disponi possit, eo quod
 Sicut præcessit iactus, diuersificantur
 In punctatura proprie. quia scema cadendi
 Nil operatur in hoc, sed punctatura docet, quid
 Lusoris faciat uiso solertia iactu.
 Quomodo militiam disponat, ibi legit. unde
 Transferat, & quo, quam uel quas, ter quinque suarum.
 Et combinat eas, ne si capiuntur ab hoste
 Soliuga, cogantur ut ad sua castra recurrant.
 Et numeros perdant suspensos, soliugasque
 Hostiles capit, ad sua castra recurrere cogens.
 Damnificansque hostem numeris quibus egerat illas.

DE VETVLA LIB. I.

Districtusq; præoccupat, angustatq; meatus
 Ut pateat uia tuta suis ad circumcundum.
 Atq; negetur eis quibus aduersarius uti
 Debet. sed postquam præclusit omnia, ne ue
 Descendat series sua præcipitantius æquo.
 Exponit quasdam captendas sponte suarum,
 Ut renouet, rursumq; reciprocet obsidionem,
 Restauretq; suam, si rupta est forte, catenam.
 Donec tot teneat captiuas, quod recipi uix
 Possent in castris, etiam si castra uacarent.
 Vel donec quæ transierant ita præcipitata
 Sint uel dissuta, quod non possent retinere,
 Si quam captiuam regredi contingeret illuc.

Non tamen ad uotum numeri succedere iacti
 Sæpe solent, sed destruitur series magis uno
 Peruerso iactu, quam multis restituatur.
 Vnde fit, ut dubio casu uictoria nutet.
 Et confundantur spes & metus, ac subigatur,
 Qui quasi uictor erat, desperatusq; resurgat.
 Permutentq; uices, faciles hinc inde triumphi.
 Spe sterili, uariisq; metu dum concutuntur,
 Seq; subalternant, modo uictores, modo uicti.
 Verum quantumcunq; iuuet deducere pulchre
 Militiam ludi, uel quantum succubuisse
 Ludendo pudeat, quantum quoq; pascere ludum
 Pro modico liceat, uel fortuitu sine damno
 Quantum se recreent, quanto ue leuamine curas,
 Tempus inutiliter ducendo fallere possint.

P. OVIDII NASONIS

Finalis tamen est lusorum intentio, lucrum:
 Cuius habe signum, quod ad infortunia nullus
 Sic debacchatur lusor, tanto ue furore
 Torquetur, quin mox sua deseruesceret ira,
 Si quis lucra tulit, sibi perdita reddere uellet.
 Nec minus in modici, quàm multi perditione
 Rixant inter se. sed iurant turpiter, imo
 Nomina blasphemant, quæ non meruere, decorum.

O Mortale genus, quæ te uesania pulsas?
 Compelles ne deos cōtrario uelle: quod optas
 Alter lusorum, reliquo non posse placere,
 Constat. & alterutrum si curant, talia lædent.
 Atq; ita non poterunt euadere turpia uerba
 Alterutrius eorum, cum nulla ratione
 Possit utriq; satisfieri. Tu qui modo perdis,
 Dic mihi quid debent tibi dii plus q̄ socio? dic:
 Si tibi fortunam ludi dare uoluerint dii,
 Quid de iure tuo minuunt? iniuria nulla est
 Non dare. debueras potius sibi grata negare
 Thura, pari pœna purgando negata negatis.
 Si tamen ex æquo cum dijs contendere fas est.
 At quasi sis læsus, lædis quantum potes armis.
 Si posses læsurus eos, dic improbe, linguam
 Quis docuit formare sonos, quibus egrederetur
 Mens tua cum uelles? nunquid ratio? rationem
 Quis dedit absq; deo, quisquis fuit ille decorum?
 Tu uero nullum excipiens, in grate læcessis

igne

DE VETVLA LIB. I.

*Ignē uenenato lingua communit̄ omnes.
Tu brutis miserabilior, quia bruta datorcm
Laudarent, si posse loqui deus ille dedisset.
Sicq; tibi non posse loqui melius fuit. Ergo
Vel tu blasphemare deos, uel ludere cessa.*

EST alius ludus scacorum, ludus Vlyssis.
Ludus Troiana quem fecit in obsidione.
Ne uel taderet proceres in tempore treugæ
Vel belli, si qui pro uulneribus remanerent
In castris. ludus qui castris aßimilatur.
Inuentor cuius iure laudandus in illo est.
Sed caussam laudis non aduertunt nisi pauci.
Quam subtile fuit species sex præmeditari
Saltus in campis, quos tantum multiplicare
Possemus. quod ab initio nulli duo ludi
Ommino similes fuerint, aduertite pauci.
Quod sicut uultus hominum sibi dissimulantur
Hactenus intantum, quod non fuerint duo, qui non
Distngui possent, cum tantæ disparitatis
Causa sit in cælo. quia cæli nulla figura
Est alij similis, tanta alternatio motus.
Quem, septem faciunt, per bis sex signa, planeta.
Et tamen est numerus finitus motibus ipsis.
Sicut & astrorum domini scripsisse leguntur.
Sic ludus factus motus cælestis ad instar
Est, ex finitis saltus speciebus in agris.
Infinita tamen est multiplicatio ludi.

Sex

P. OVIDII NASONIS

SEx species saltus exercent, sex quoq; scact.
 Miles & alpinus, roccus, rex, uirgo, pedesq;
 In campum primum, de sex istis saliant tres,
 Rex, pedes & uirgo. pedes in rectum salit, atq;
 Virgo per obliquum, rex saltu gaudet utroq;
 Ante retroq; tamen, tam rex quam uirgo mouentur,
 Ante pedes solum, capiens obliquus in ante,
 Cum tamen ad metam stadij percurrerit, ex tunc
 Sicut uirgo salit. In campum uero secundum
 Tres alij saliant. in rectum roccus, etq;
 Soli concessum est ultra citraq; salire.
 Oblique salit alpinus, sed miles utroq;
 Saltum componit. cœli ueniamus ad instar.

CAmpos signa. modos saliendo, scito planetar.
 Rex est sol, pedes est saturn⁹, mars quoq; miles
 Regia uirgo Venus, alpin⁹ episcop⁹ ipse est
 Iuppiter, & roccus discurrens luna. quid ergo
 Mercurius? nunquid nō omnibus omnia? certe
 Omnia Mercurius, cuius complexio semper
 Est conuertibilis ad eum cui nungitur ipse
 Sicut & astrorum domini scripsisse leguntur.
 Aut quia Mercurij complexio frigida sicca
 Sicut Saturni, licet intense minus, ex quo
 Peruenit ad metam, pedes. ex tunc Mercurij sit
 Præsertim quia tunc salit ut uirgo. Venerisq;
 Mercurijq; locus doctrina queritur una.
 Et medius cursus est idem semper eorum.
 Sicut & astrorum domini scripsisse leguntur.

DE VETULA LIB. I.

Nobilis hic ludus, nulli suspectus, & omni
 Personæ licitus, moderate dummodo ludat.
 Dummodo queratur victoria sola per ipsum,
 Non lucrum, ne cum predictis annumeretur.
 Cum decijs autem qui primus lusit in illo,
 Fœdauit ludum. languebit nanq; jattelles
 Immotus, nisi fors deciorum mouerit ipsum.
 Nec fuit hoc factum, nisi uel, quia non nisi pauci
 Ludere nouerunt tractim, uel amore lucrandi.

SVnt alij ludi parui, quos scire puellas
 Esse decens dixi, sed parua mouere pudebat.
 Nūcq; magis q̄ tunc, pudet illa minora referre.

Quare prætereo ludos, ubi parua lapillos
 Nunc bis sex, nunc uero nouem capit una tabella.

Ac ubi sunt bis sex, capit ex hostilitus illum
 Ultra quem salit alteruter. nec ibi deciorum
 Exigitur iactus. Vbi uero nouem, bene ludunt
 Cum decijs, & eis sine quando uolunt. Capit autem
 Vnum quem mauult ex hostitus iste uel ille,
 Quandocunq; potest tres continuare suctum.
 Istos & similes, nec enim modo prosequar omnes,
 Prætereo ludos, ueniens ad nobiliores.

OH utinam ludus sciretur ritmimachia,
 Ludus arithmetica, folium, flos, fructus
 & eius.

Gloria, laus & honor, quia totum colligit in se
 Ludus, ubi bellum disponitur ordine miro.
 Campis in geminis, congressio fit numerorum

Quato

P. OVIDII NASONIS

Quattuor imparium qui sunt in limite primo
Cum totidem paribus qui limite sunt in eodem.
Principio numeri, numeris non connumerato
Octoq; sunt patres utriusq; cohortis
Auxiliores, nam parti dantur utriq;
Primo multiplices, quia ducto quolibet in se,
Quadrati subduntur eis, quibus ordine bino
Subsunt supraparticulares, adijcetes
Toti particulam dictam patris à quotitate.
His alij subsunt, qui particulas superaddunt
Dictas à numero uicente patris quotitatem
Vno, sed numero patris æquales quotitati.
Ordoq; binus eis, numeros hinc inde tabellæ
Seu scaci portant. & sunt acies bicolores
Ad discernendum, præsertim cum paritas &
Imparitas mixtæ sint in utraq; cohorte.
Distinguuntur item scaci tabellæ ue figuris.
Hi trigonis, bi tetragonis, illiq; rotundis.
Scilicet ut scaci numeros utrinq; rotundi
Primos octo ferant, trigoni sint octo sequentes.
Tetragoni reliqui, nisi quod duo sunt ibi reges
Pyramidalibus ex numeris. ideo quoq; scaci
Pyramidales sunt, & habet pars utraq; regem.
In castris parium nonus decimus locus, unam
Perfectam dat pyramidem. senarius in se
Ductus, pyramidi basim producit eidem.
Totaq; pyramis est nonagenarius unus.
At locus imparium decimus bis pyramidem dat

DE VETVLA LIB. I.

*Tercurtam, cuius basim octonarius in se
Ductus producit, quam pyramidem coadunant
Centenarius & nonagenarius una.*

Istæ pyramides sunt reges, bis aciebus.

Et sunt ex numeris quadratis omnibus ambæ.

Quod potes ex tabula subiecta noscere plane:

Acies parium

2 4 6 8

Multiplices quadrati

4 16 36 64

Superparticulares

6 20 42 72

Superparticulares

9 25 49 81

*Superpartientes
pyramis*

25 45 91 153

Superpartientes

25 81 169 289

Acies imparium

3 5 7 9

Multiplices quadrati

9 25 49 81

Superparticulares

12 30 56 90

Superparticulares

16 36 64 100

*Superpartientes
pyramis*

28 66 120 190

Superpartientes

49 121 225 361

P. OVIDII NASONIS

O H utinam multis numerorū pugna placeret.
 Quæ si sciretur, placitam se redderet ultro.
 Sed matheſis uix inueniet q̄ tam uelit ipſam:
 Omnes declinant ad eas quæ lucra miniſtrant.
 Utq; ſciant diſcunt pauci, plures ut abundant.
 Sic te prostituunt ò uirgo ſcientia, ſic te
 Venalem faciunt caſtis amplexibus aptam,
 Non te propter te quærentes, ſed lucra per te.
 Ditariq; uolunt potius quàm philoſophari.
 Cum ſit eis òperæpretium plus q̄ eſſe, uideri.
 Garrit enim qui necdum nomina nouit equorum.

T Empus erat cū philoſophos reſpublica quōdā
 Quærebat magnis in ſumptibus, utilitati
 Communi uigilans, & eos tractabat boneſte,
 Ut ſibi conſulcrent ſummis in rebus agendis.
 Tunc uiſum ſenioribus eſt in qualibet urbe,
 Ut pueros dociles ex patribus ingenioſis
 Eligerent mittendos ad gymnaſia, cauſſa
 Diſcendi. quibus ad uictum ſtipendia grata
 Præſtaret urbs quæq; ſuis. & ibi faciebant
 Diſcerni, per iudicium phiſianomicorum,
 Quæ quibus ars diſcenda foret. ſic ars ſua cuiq;
 Aſſignabatur. ſic iuſſæ quilibet arti
 Semper adhærebat. & in una quemlibet eſſe
 Perfectum, ſat erat, nec eam mutare licebat.
 Tunc uiguere artes. perfecte cognita quæq;
 Tunc erat, & poterat perfectè poſteritati
 Tradit, ſcribendisq; literis pars magna uacabat.

Tunc

DE VETVLA LIB. I.

Tunc matheſes ſolæ, doctrinæ nomine, dignæ

ſcitores habuere ſuos, tunc utilitatis

Quæq; quid afferret, clarebat apud ſtudioſos.

Qualiter in magno regnat meſura, ſciebat.

Qualiter in multo numeros, per quæ duo, motus

Demonſtrabilis eſt proportio conſona, circa

Hæc tria uerſatur. quæ quattuor ulteriores

Ad diſciplinæ ſunt introductio certa.

Vt pote quæ clauēs portant ad eas referendas.

Declarantque uias cauſarum & principiorum.

Sed nunc uix modicum de qualibet arte moderni

Deguſtant, & uix à limine quanq; ſalutant,

Sed uacui ueniunt ad eas, uacuiq; recedunt.

Philoſophis, quoad hoc, prudētior eſt laicorū
Cura. miniſterium cœptū unoq; ſequentē.

Et ſua connumerant inter prouerbia, quod qui

Pluribus intendit, nunquam ditabitur inde.

Nonne magiſterio deberent ergo uacare

Vnt? malores operas ubi reddere oportet,

Quam multis in mechanicis? ſed philoſophia

Exilium patitur, & philopecunia regnat.

Reſtitit una tamen nat arum philoſophiæ

Libera, ſed non eſt, quoniam captiua tenetur.

Iuſtitia uiuente, ſolet florere pudicum

Rhetoricæ ſtudium, nunc ad prætoria proſtat.

Quo rudis adueniens, de rure uocatus ad urbem

Cogitur ad linguam proclamatoris emendam.

Ne ſit in emenda, tamen emptam non habet, imo

C Nullus

P. OVIDII NASONIS

Nullus ei damnosior aduersarius illo est,
Quem reputat caussæ tutorem siue patronum.

O Miserande tuam plus diligit ille monetam,
Quàm caussam. non curat enim quantum tibi
bi constet,

Dummodo lucretur. nec te fore succubiturum
In caussa metuit, proponit friuola multa.

Iuræq; subuertens, caussam protelat in annos.

Ac immortalem litem facit, ut tua carpat.

Qui pacem pro dimidio sumptus habuisses.

Rustice stulte tibi multum est sua chara camœna,

Æquiuoceq; sibi multum est tua chara crumena.

Rustice componas. de componendo, suum ne

Quæras consilium, quia non est pacis amicus.

Sic te prostituunt olim iustissima uirgo,

Quæ non debueras exponi taliter istis

Captiuis, qui te captiuant, non modo captant.

Et quia non captant, captiuari meruissent.

O quàm feruenter tales hodie sequerentur

Alchymiam, cuius est fructus ditatio tanta.

Sed præcellit in hoc alijs, quod nullus in ipsa

Hactenus obtinuit, qui propter habere studeret,

Sed dedignatur cupidos largissima uirgo.

C Vlpæ tñ magna est magnatū, quos hodiernis
Temporibus populus in qualibet eligit urbe.

Quod si non fuerint populi concordia uota,

Assumuntur de populo quidam seniores,

Qui populi ulce præficiunt concorditer unum.

Vel si

DE VETULA LIB. II.

Vel si discordes sint inter se, quia pro se
Quilibet aspirat. Nec se bene compattuntur
Liuor & ambitio, quamuis in utroque duorum
Esse simul possint. tandem discordia concors
Fit, quia concordant discorditer, & fit ab illis
Tertius electus, qui forte est peior utroque.

Sic indignorum creat indignatio quendam
Forte minus dignum. sic se collidere possunt
A se collisi, placeat cum neuter utriusque.

¶ Sicque uides, quod ubi correignant ambitiosus
Liuor & ambitio liuens, non ambitioni
Succumbit liuor, sed inebriat ambitionem.

Ille putas, qui sic adipiscitur hoc anabatum,
Cuius habet turpem promotio reprobam causam,
Qui non pro meritis, sed ut inuidiae satagatur,
Praeficitur, populo bene sit facturus & urbi?
Absit. sed similis factoribus & sibi, ductus
Irrationali quadam simili ratione.

¶ Factus ab indignis, indignos promouet, & non
Attendit meritum, patriae nec pensat honorem,
Indigenas ut amet, & honoret praecipue quos
Exornant mores, ditat sapientia, dotat
Eloquium. sed eos sublimat, quos sibi iungit
Linea sanguinis, aut contractus amicitiarum,
Aut spes obsequii. sane promotor amici
Est laudandus, sed plerumque pecunia talem
Necit amicitiam, quae nec meruisse uidetur
Nomen amicitiae, nisi detur ei per abusum.

DE VETULA LIB. II

Quod si rem dominus tali committit amico,
Furturum in re domini, talis committit amicus.
Ultio digna quidem, nec enim decreta deorum
Sic immutari possunt, quod sordida praeda
Procedat, uel sit laudabilis exitus eius.
Istos indignos, indignus promouet iste.
Indignisq; suis postponit amabiliores,
Indignosq; suos ditando, praeparat illos
Ordine peruerso qui palpant blandius ipsum:
Culpaq; sic magna est magnatum, q; perierunt
Artes, nam quoniam sublimant deteriores.
Desperant multi, nec scire student, sed habere.
Sed quia de ludis fiebat sermo, quid illo
Pulchrius esse potest exercitio numerorum?
Quo diuinantur numeri pleriq; per unum
Ignoti notum, sicut ludunt apud Indos,
Ludum dicentes algebrae almucgrabalaq;
Inter arithmeticos ludus pulcherrimus hic est.
Ludus arithmeticae praxis, descriptio cuius
Plus caperet, quam sufficiat totus liber iste.

LIBRI PRIMI

FINIS.

PROVIDII NASONIS PELIGNEN

SIS LIBER SECVNDVS, IN

quo assignat causas, quare mutauerit
modum suum uiuendi.

T Alibus atque alijs, ludo excepto
dectorum,
Sontibus à curis, cum me releuare
pararem,
Non tamen à cura chara releua-
bar amica.

Solum laudabam, cui uim natura dedisset,
Ut quoties uellet, cognoscere posset amicam.
At nunc semiuitros laudo, quibus has modo uires
Componentibus à primis natura negauit.
Siue quibus solitis thalamos uiolare pudicos
Deprensus in adulterio, genitalia membra
Iracunda manus sponsi uiolenter ademit.
Siue quibus ruptura siphac ita magnificari
Coepisset, quòd non prohiberet in oscea casum
Intestinorum. uel tantus ad oua ueniret
Fluxus aquae putris stomacho mandante, quod ultra
Herniampatiens, non posset onus tolerare.
Aut alijs caussis ita computresceret ouum,
Ne fieri posset quin crudeli medicina
Qua recidisset, medici reprobabilis usus.

P. OVIDII NASONIS

Istos semiuiros nunc laudo, si licet istos
 Dicere. nam dubium an sit semiuir, iste uel ista.
 Ista quidem non est, quia uuluam non habet. iste
 Non est, quem talis defectus deuirat. ergo
 Sit neutrum. tamen hoc nihil, ex animalibus unquam
 Esse potest, nisi sit, hic aut hæc. si nihil horum,
 Est spado. iam non est animal, nec enim sine sexu
 Esse potest animal, igitur non est animal. sed
 Non est non uiuens, ergo sit planta. quis unquam
 Vidit frustratam fructu uel semine plantam?
 Quod plus est, quis uidit eam radice carentem?
 Quod radice caret, etiam frondescere nescit.
 Sperma foret semen, & fructus filius, atq;
 Radix testiculi, frondes circumdata sylua
 Mento. qua quicumq; caret, suspectus habetur,
 Nesit castratus uel frigidus. est honor ergo
 Barbauitro, testis uirtutis testiculorum.
 Spermatis augmenti signum, fiducia fructus:
 E contra, si testiculi desunt, generandi
 Spes perijt. quia sperma deest, barbaq; caret. uel
 Est cariturus ea, folium quia defluet eius.
 Eunuchus porro, cum non sit fœmina, non uir,
 Non animal, nõ planta, quid est? non est sine uita. i
 Ergo quid esse potest? nihil esse potest nisi monstrum.
Monstrum grammaticæ, quia declinabile cum sit
 Cum casu, nullus sibi congruit articulo.
 Cum sibi præponi nullus per se queat, ut sit
 Hic

DE VETVLA LIB. II.

Hic aut hac aut hoc, nec sit commune, nec omne
 Nec modicum miror, cum non habeat gentium,
 Cui sua congreget, & quare placeat sibi tantum
 Ablatiuus casus, displiceatq; datiuus.
 Et quia nullius fieri constructio partis
 Hac cum parte potest, non est oratio quæ sit.
 Huic parti totum, sed pars est, & sine toto.
 Absq; relatiuo sibi respondente relata.

VT non solius sit monstrum grammaticæ, sed
 Inueniat dialectica, quid miretur in ipso.

Non solum q; abest alterna relatio, sed q;
 Sic est miriuocum, quod nō cadit in genus, & quod
 Non cadit in speciem. cui non indiuiduorum
 Quicquam subijcitur cui carnem diuidat, & quod
 Nec species speciosa, genus ne sibi generosum.
 Degener imo genus, specie sine, diuidit ipsum
 A cunctis, quibus est cordi generatio. cuius
 Et genus & species sunt monstra, magis quoq; mon-
 strum,

Est indiuiduum, digito monstrabile, monstrum.

Monstrum rhetoricæ, quia iudicis officio sit
 Fungatur, crudelis erit. si rhetoris, utens
 Themate truncato. causâ nō instruct, & sic
 Non persuadebit. nec enim facundia grata
 Eius, qui standi personam, iudice coram
 Non habet, esse potest. quocunq; sit usa lepore,
 Ac infœcundi est omnis facundia pauper.

P. OVIDII NASONIS

Rursus apud matheses indemonstrabile monstrum,

Cui de subiecto concludi passio per se
Nulla potest, nec definitio ponitur eius
In medio. quia deficit in medio, neq; nouit
Credere supposito, uel consentire petito.
Et nulla dignitatis uirtute iuuatur.
Et quia bis duo sunt ubi demonstratio regnat
Præcipue, motus, numerus, mensura, sonusq;
Inuenies in eo quo sit per singula monstrum.
Deficiente sibi numero pare, cum pare se non
Mensurare potest, motumq; perhorret amicum.
Quem si tentarit, tandem lyra murmurat ani.

Monstrum naturæ rerum mutabilitum, quæ
Cum sit principium motus, mutabilitatem
Tantum non nouit, nec tantam prodigiosam
Sicut in eunuchum, si mutatus fuerit uir.

Solo in quo, natura potest uacuum reperire
Aut infinitum. primum, propter spoliatos
Folles. & reliquum, propter fines mutilatos.

Monstrum naturæ, sed præcipue quoad illam
Partem, quæ corpus regit humanum. quia
sanus.

Non est, aut æger, impossibilisq; reducti
Ad medium, quia deficit in medio. neq; supplet
Defectum medicina suum, complexio cuius
Est sine complexu. nec iam complexio dici
Digna, per antiphrasim nisi sit complexio dicta.

Est etiam

EST etiam monstrum morale. nisi quia mores
 Dicendi non sunt, ubi tam peruersa uoluntas
 Regnat, tam nequã, tamq; inuida. nã status ei⁹
 Tam uilis, nequit inuidiã liuore carere.
 Nec bene uelle potest, qui nequior est super omnes.
 Nam mansuetudo morum est specialis alumna.
 Et quia cum mulis id habent commune spadones,
 Quod steriles sunt apbo, sic homines spado uincit
 Nequitia, sic animalia cetera mulus.
 Et dicunt etiam, quod naturaliter omnis
 Est piger eunuchus, & quod timidusq; rapaxq;.
 Quod piger & timidus præsumentes, ideo quod
 Vultus rugosus, uetulaq; simillimus, & uox
 Exilis, perhibent animum non esse uirilem.
 Quodq; rapax per idem, quia qui timidusq; pigerq;
 Sic in egestatem labi timet, ut latro fiat.
 Porro rapax, timidus, nequam, piger, inuidus. in se
 Virtutem quod habere queat, non est leue credit.
 Præsertim sicut scribunt Ethnici, quia uirtus
 Nulla potest, si non omnes habeantur, haberi.
 Nec cum tot uitijis habitare uel unica posset.
 Sane sunt aliqui castos esse spadones,
 Propterea reputant quod non sunt luxuriosi.
 Sed non sunt, quoniam casti sunt qui patiuntur,
 Nec deducuntur. qui uero non patiuntur,
 Sunt insensibiles, multum à uirtute remoti.
 Quod si de studijs, quod plus reputatur inesse
 Non inest, nec inest quod inesse minus reputatur.

P. OVIDII NASONIS

Amplius est metaphisicum monstrum spado
nam non

Solū impossibile est quod pducatur ad actū.
Sed nec adest ipsi quæcunq; potentia, siue
Longinque præcedens actum, siue propinquus.
Præterea subiectum non habet esse, uel in quo
Vel de quo dici possit. nec taliter unum
Esse potest, quod multiplicatio surgat ab ipso.

Postremo monstrū nihilominus est apud illos,
A quibus inuestigatur natura deorum.
Quos imitatores dicunt legis positivæ.
Qui ritus ac historias ueterum uenerantur.
Arbitrio gens quæq; suo diuersa sequiti.

Monstrū fastorū, quia si spado forte sacerdos
Efficiatur, erit sic iste, uel ista sacerdos,
Ut dici possit ita neutrum sicut utrunq;.

O quicumq; deus cuius templo dominatur
Tam deforme pecus, cuiusq; effœminat aras,
Si deus esse potest infortunatus, eorum
Infortunatissimus es. pro quo reperiri
Non potuit de tot milibus integer unus.
Rictus ei non risus inest, & sacrificari
Deberet certe potius quam sacrificare
Cui tamen ex superis holocaustum tale placeret?
Turpe pecus mutilum, quod porca fœdius, birco
Fœtidius, nisi forte suas ut liberet aras,
Quas miserabiliter ementulus occupat iste,
Compensare uelit, clauumq; retundere clauo,

Turpe

DE VETVLA LIB. II.

Turpe ministerium redimit dum uictima turpis.

Monstrum fastorū, quem cum fas pontificare
Nusquā sit, minus esse potest ibi fas, ubi rerū
Summa gerendarum residet cū pontificatu

*Quod legisse potes in quodam codice, cuius
Omnia supponens, nihil omnino probat actor.*

*Ac ipsum pro lege tenent gens credula quadam,
Exemplar quibus est uiuendi uita priorum.*

Estq; fides sua, quod sequitur primogenituram

Ius benedicendi. Benedictus & à patre tali

Fit dominus fratrum, talesq; uocant patriarchas.

Nec falluntur in hoc, ueram probat esse fidem res:

Nam plerunq; uident, dominari fratribus illos,

Quos alijs præfert patrum benedictio, terræ

Semper abundantes pinguedine, roreque cœli.

Imbenedicabilem lex inuit illa spadonem,

Exemplo quodam famoso, nam spado cum sit

Voce Iacob, manibus non est Esau, neque tutus

Comparere potest coram patre. ne pater eius

Colli nuda manu pertractet, & absque pilosis

Pellibus inueniens, putet illud sibi uelle.

Ac indignatus, maledictum pro benedicto

Inducat, quoscunq; cibos præsentet eidem.

Iratusque repellat eum, passisque repulsam

Et desperantis facies ignara rubere,

Palleat. & demum desit benedictio, tantum

Exoptata diu, tanto conamine, tamque

Feruenti desiderio quaesita. licet non

P. OVIDII NASONIS

Queratur pro se, sed cæcus amor dominandi
Concomitatur eam, quam qui sic acriter ambit,
Intendit prodesse parum, multumq; præesse.

HEV si subiectos habeat, correctio quorum
Spectet ad ipsius examen, q̄ male lapsis
De pastoris erit provisum condicione?

De lapsu carnis dico, cuius quia motus
Hic spado non sentit, labentes despicit. unde
Tale nihil passus, passis non compatietur.
Ob utinam quia non attendit onus, sed honorem.
In prelatura, nunquam pertingat ad illam.
Quem tamen infausste Moses si pontificaret,
Veste uideretur Aaron, uultuq; Maria.

TAlia nunc monstra laudo, quia uiuere possunt
Fœmineoq; carere thoro, quamuisq; solerem
Fœlices solos coitu reputare potentes.

Fœlices solos reputo, cessare coactos.
Venerit unde mihi subito mutatio tanta,
Discite uos quos ferre iugum fastidit amoris:

VNus erat toto naturæ uultus in orbe.
Virginei floris decor, & decus. unica sexus
Gloria fœminei, quæ naturalibus, & quæ

Gratuitis dotata bonis florebat, etq;
Fortunæ bona non deerant, adeo q; in unam
Tot bona personam concurrere non meminissim.
Tres credi poterant in ea certasse sorores.
Muneribus, natura potens, & gratia larga
Non expectatis meritis, fortunaq; nulli

Confor

DE VETULA LIB. II.

Conformis, largis sed auara, & prodiga parca.
 Quamuis detur in hac instantia uirgine. cui se
 Reddiderat, præter solitum multo meliorem
 Quam multis alijs, multis alijs meliort,
 Largiflue sibi dans & opes & nobilitatem.
 Cui natura tamen dederat longe meliora
 Corporis ac animi bona. scilicet hinc, quia nulla
 Conferri poterat sibi moribus ingenio ue.
 Inde quod in toto prout æquore clauditur orbe
 Non erat ulla suæ similis præstantia formæ,
 Non erat ulla suæ similis dulcedo loquelæ.
 Quid quod in omnibus his addebat gratia tantum.
 Quod faceret semetipsis meliora uideri
 Singula, iudicium iustum uincente fauore.
 Certius & quamuis oculorum iudicium sit,
 Non tamen in lingua seu pectore sic fauor ipse
 Vincebat, sicut in forma. non alio modo
 Sic apparebat uictoria. forma moueret
 Ipolitum, si non oculos sibi tollere uellet.

Verum cur ad eam laudandam particulatim
 Descendisse uelim? cur ad præconia cuique
 Debita membrorum modo describenda laborē?
 Omnis eis minor est descriptio, singula lustres?
 Singula sunt meliora satis quàm dicere possem.
 Sed quem meminisse tuuat tot diuitiarum
 Formosæ dotis, modicum per singula libans.
 Membra sigillatim discuro, singula mirans,
 Ad quæ lustrator oculus permittitur ire.

Singu

P. OVIDII NASONIS

Singula contendunt se uincere, cum tamen unum
 Omnibus aspectum præsto simul, omnia summa
 Pace reformata, & sopita lite, quiescunt.
 Sic sibi respondent alterno cuncta nitore.

Sylua capillorū supereminet, atq; rotundum
 Circumplexa caput, claro præfulgurat ostro:
 Fulgori cuius, radians color inuidet auri.
 Sed postquam dominam nutrita diu grauat, illam
 Colligit in torquem, sub quadam lege coercens.
 Hac à lege tamen remanent ad tempora, quiddam
 Exempti breuitate sua, crispædine rara
 Connexi, uolitantq; uago ludente reflexu
 Frons spatiosa, parū conuexa, manus deus ambas
 In qua plananda posuit, non sufficiente
 Alterutra manuum. candorem lilia cuius
 Non uincunt, non æquat ebur, non florida cygnus.
 Nigra supercilijs sinuosaq; linea cristæ,
 Exigui decliuis utrinq; superiacet. Inter
 Vicinos quodam limato limite pacem
 Concilians, dum iure suo concedit utriq;
 Vti, distinguens à fronte situs oculorum.
 Inter utrunq; tamen ubi fronti continuatur
 Nasus, tam naso, q̄ fronte, supercilijs ue,
 Plus depressa parum, disternat area quadam
 Nuda pilis, candore potens æquare ligustra.
Subsidet bis regio ridens & leta, gemellos
 Quæ speculatores fouet hospitio cillorum
 Intus pupillam uario cingente nigellam

DE VETULA LIB. II.

Exhilarat circumgyrata rotatio uultum.

Occultans oculos circumstat ibi seriatim

Palpebra, ne laedat extrinseca caussa superbos

Ac indignantes, & semisperia nutu

Claudit lasciuo. qui munera spondet amoris

Pure, nec lachrymis oculorum ripa madescit.

Nasus in excessum nullum se transuehit. ut sit

Longus uel curtus, aquilus simus ue, nec ullam

Tractus in obliquum protendit proditionem.

Nec stillas cerebri naris caua pandit biatu,

Nec libertatem negat halitui, neq; ricta

Passibiles auras tristi foetore minatur.

Ad modicum consurgit apex bincinde genarum,

Punica malorum uincens fragmenta colore.

Lilia mixta rosis in eo certare putarcs.

Conficiunt etenim nucus rosusq; colorem

Vnum, sic tamen ut rubeus uincatur ab albo.

In quibus & quaedam, domina ridente, creantur

Fossculae, tantum quae mansuetudinis addunt

In lata facie, quod concessura uidetur

Quicquid eam sibi conueniens persona rogaret.

Et modo caesaries modicas in seq; retortas

Contegit auriculas, modo castigatur ab illis.

Bucca breuis, sola breuitate notanda, nisi tunc
Cum ridet. tunc nanque statum redit ad me-
diocrem.

Labra tument modicum, cerasorum iuncta rubore

Collectorum, acri post imbrem sole sequuto.

Quae

P. OVIDII NASONIS

Quæ cum sint inuersa parum se uelle parare,
 Seq; offerre uidentur ad oscula suscipienda.
 Sed domina ridente, loquente ue, se ue cibante,
 Intus cutusdam spectabilis ordo catenæ
 Clarior argento uiuo, se uisibus offert.
 Dispositis ibi dentibus, in serieq; locatis
 Firmis, consertis, equalibus, atq; minutis.
 Terminus inferior faciei, mobile mentum,
 In collem, ad collum collatum, colliculumq;
 Ad labra, se tollit. ad utrunq; tamen moderate.
 Collum tam planum q̄ plenum. non ibi nerui
 Corda riget, non uena tumet, cuius cutis omni
 Asperitate caret, nec fœdat eam maculosa
 Menda, sed est niue candidior, nisi credulitatem
 Frangat hyperboleos laxata licentia tantam.
 Blanda manus facilem se præbet ad omnia, cuius
 Est digitus gracilis, plenus, tornatilis, æquus,
 Proq; modo longus, uola lactea, luctidus unguis.

Cætera sunt præclusa mihi, tegit omnia uestis
 Diu mare tamen licet, & per uisa gradatim
 Ad non uisa uentre, putando q; hæc meliora
 Sunt illis uisis, & quod captabiliora.
 Sed coniectura cum sint mihi cognita sola,
 Sub quadam gaudent pertransiri breuitate.
 Pectore compresso, surgente tumore gemello.
 Vbera conijcio duo paruula, dura, recurua,
 Ac si complexu se uelle premi fateantur,
 Et complexuro se uelle occurrere sponte.

DE VETULA LIB. II.

Brachia longa quidem, subtilia, mollia, plena
 Desuper acclives humeri, rectiq; retrorsum.
 Corpus procerum, pingues habitudine lumbi.
 In strophio graciles, clunics humiles satis, amplæ
 Mobilitas crurum, curuato poplite. pesq;
 Tam breuis in medio sinuosus, rectus in ante.
 Præ cunctis perhibent partem pollere cupitam.
 Et puto quod nullus cultus, nullusq; paratus
 Aptior esset ei, quàm si sine uestibus esset.
 Ob utnam nudam uideam, si tangere nudam
 Non est fas, saltemq; semel, si non datur ultra.
 Parua loquutus sum, quia sufficientia uerba
 Non sunt ad tantam speciem. Descriptio nulla
 Notificare potest, quantis si uellet amari
 Delitijs, quantis ue iocis, se redderet aptam.

HAuserat hæc oculus cupidus meus inuidiosam
 Et collaturo suggesterat omnia cordi.
 Cor nimis audacter cœpit sperare, q; illam
 Aut uerbis aut muneribus conuertere possem.
 Et præter solitum cum uerbis munera danda
 Disposui, si non oblata prius ualuisent
 Verba, quibus toties tot pectora sollicitaram.
 Abdita paulatim scintilla creuit in ignem
 Immensum, totas iam possessura medullas
 Sed locus & tempus non concurrere loquendi.
 Præsertim, quia nimirum materq; paterq;
 Excubijs multis, & solitudine multa
 Vallabant ipsam, ne subduct sibi posset

P. OVIDII NASONIS

Blanditijs, si forte leuem concederet aurem.
 Quid facturus eram? querenda fuit mediatrix,
 Mutua uerba loqui quæ posset utriq; uicissim,
 Et facunda foret & suspicione careret.
 Ambos ut, nullo mirante, liceret adtre.

TAlia cum uigili cura meditarer apud me,
 Totq; reuoluisssem uetulas, & saepe diuq;
 Singula libraffem, lustrans urbem spatiosam,
 Occurrit tandem, q; erat paupercula quædam
 Linguipotensq; meæ uicina sororis, apud quam
 Sæpe dabatur ei cibus intuitu pictatis,
 Et fuerat quondam dilectæ sedula nutrix.
 Hanc ratus esse mihi præ cunctis utiliozem,
 Aggredior uerbis, propono probabile thema.
 Plurima promitto, bene si calauerit: & si
 Prodidit, subiungo minas. rationibus illa
 Se primam excusat, uentura pericula pandens.
 Me miseram dicit, rem si sciret pater eius,
 Quid factura forem? cuius mortis genus, aut quas
 Exciperem pœnas? etiam tu forte negares
 Te iussisse mihi, nec subsidium mihi ferres.
 Obsecro per superos, ne sollicitaueris ultra
 Me super his. in pace meam finire senectam,
 Me rogo permittas, magis eligo uiuere tuta.
 Sufficiatq; mihi paupertas hæc mea, paucis
 Quos mihi concedunt fatalia pensa, diebus,
 Quàm pro diuitijs adeam cum sanguine manes.
 Esto quod euadam, magis eligo uiuere tuta,

Quam

DE VETULA LIB. II.

Quam metui tantò tua me promissio subdat.

Tunc ego quãto plus reddebat difficilem se,
Tanto spem per eam vincendi concipiebam
Maiorem, tanto plus instandum fore ducens.

Et monstrans quod res à patre, sua sine culpa
Sciri non poterat, nec enim se proderet ipsam
Tam bona, tam prudens, tam circumspecta puella.

Attendi tandem, quod eam promissa mouere
Non poterant sine muneribus. tunc exuo morem,
Munera multiplico, sat agens promittere plura.

Sic urgebat amor, sic ad mea fata trabebar.
Brgo dare insolito dandi modus abfuit omnis.

Do capram uini, do bladum, doq; legumen,
Do parua partem, do peplum, do tunicam, do
Palliotum, do pellucium, do subareos, do
Tres species tele pro camista facienda.

Quarum quæ mellior, collum tegit atq; lucertos.
Pectus habet mediam, sed renes deteriolem.

Parteq; datur petor parti, quæ cuncta lucratur.

Mox testata deos, furijs se deuouet. optat
Damna sibi, nisi uota fideliter exqueretur
Itq; reditq; frequēs, et narrat pluria. primo

Cum quanta fuerit cautela nacta frequenter
Horam opportunam, quotiesq; retenta timore,
Qualiter intrarit nihilominus, & modico post
Qualiter orsa loqui, qualem prætere de caussam
Norit, cur spatto tanto non uidit alumnam.

Adq; suum quo propositum descenderit ausu.

P. OVIDII NASONIS

Qualibus attulerint etiam me laudibus ambo.
 Addit præterea, qualem sit passa repulsam.
 Sed tamen urbane, sic me miserum modo terret,
 Spem modo dat tenuem. quod si quando reprehendo
 Tu sic debueras uel sic dixisse, fidem dat
 Quod sic dixisset. testesq; deos uocat omnes,
 Quod non mentitur. quid credam, nescio. credi
 Cuncta necesse. tamen credo, quia credere oportet.
 Sic me deducit uerbis, per tempora multa.

Ferne suo res quæq; patet. postquam uetularum
 Mendacissima me toties ambagibus actum,
 Iam non ulterius poterat producere, quodam
 Ingenio simulauit eam circumueniendam.
 O præbare meus dixit, fiducia uitæ
 Summa meæ, spes subsidij, baculusq; senectæ.
 Perpendi, quod te super omnes diligit ista
 Virgo, sed nulla id posset ratione fateri.
 Quare fraude pia, sed me miseram, miseram me,
 Decipienda mihi est. faciem quod nocte notanda
 Lota caput. commenda mihi retinebitur extra
 Maternos thalamos, cunctisq; sopore sepultis
 In camera parua quæ dextera est ingredienti,
 Qua dormire solent ancillæ, ne pater eius
 Rumpat, ea thalamos introgrediente, soporem,
 Reclinare caput compellam. tuq; paratus
 Post nonam, noctis tenebris nondum tenuatis,
 Aduenies. reserato fores, & mersero lumen
 Lampadis, ac tacite paulatim cardine uerso,

Susten

DE VETULA. LIB. II.

Sustentando quidem ne perstrepat, ingredieris.

In lecto nudam inuenies, tunc impiger esto.

Si semel obtineas, frustrabere postea nunquam.

CRedulus & cupidus condicta praestolor aegre
Noctem, multa timens, & mecum multa reuoluens.

Ergo die facto, quo nox erat illa futura,
Abluo me modicum, barbam pubemq; recido.

Dansq; breui post meridiem mea membra sopori,

Præparor insomnem noctem ducturus. & inde

Me cibo sordilibus, me musto poto recenti.

Hinc ne dormirem, me libris apto legendis:

Prouidus ante tamen horologium moderandum

Dixi, quo ueniens fieret mihi certior hora.

QUAE simul ut uenit, candela suffoco lumen
Incautus gradiens, impingor in ostia, frontē
Posti collido. foedatus sanguine fuso,

Turbor & offendor. offensus præcipito me,

Perq; gradus scalæ descendo non numeratos.

Tunc furijs me deuoueo, furijs agitandum

Me reputo. nec enim nisi raro sola uentre

Ista sinistra solent, superos tamen inuoco frustra

Multa uouens. fauisse meis si sensero uotis

Vere non ueniunt nisi raro sola sinistra.

Atria nam solitus seruare rudis, neq; uoti

Conscijs, in sero male clauserat hostia porta,

Turbar atq; seram, quæ singula pene furenti

Tam grauis auspicij fatalia signa fuerunt.

P. OVIDII NASONIS

Iamq; mei male compos eram. strepitusq; cauendi
 Cura mihi deerat. confringofores, & apertas
 Dimitto. furtis exponens quicquid habebam,
 Exeo, meq; tot infortunia non reuocabant.
 Ad chara procedo domum, quam uecte remoto
 Sentio, si tacite faciam, mihi posse patere.
 Incipio fieri latus, lateraliter intrans
 Explorante manu, cameram lectumq; requiro.

EN humili strato, quasi somno pressa, tacebat.
 Quanta putas interna meas dulcedo medullas
 Tunc demulceret? quanto meus afficeretur
 Tunc animus desyderio? non est leue dictu.
 Illico tollo moras. omnis damnosa uidetur,
 Quantumcunq; breuis, mora temporis. ocyus ergo
 Abijcio uestes, sed & acceleratio tanta
 Impedit accelerare meum, mora nascitur inde.
 Vnde moram uitare uolens, sic accelerabam.
 Abijcio uestes, subitoq; praecipuo nudam
 Circumplexus eam. nec ei diuertere quoquam
 Iam licet, omnis ei motus est forma negata.
 Virginis artari sic uult pudor, & sibi parci
 Si non pareatur reputat. cum uirgine nostra
 Sic decuisset agi, si praesens ipsa fuisset.
 A cupido Ioue sic Semelem decuisset adtri.
 Ipsaq; erat Beroe sic à Ioue non aduinda.

HEu mihi tanta meis regnās dulcedo medullis
 Quam modicum mansit & reperi contraria
 uotis.

DE VETULA LIB. II.

Vertitur in luctum citbaræ sonus, inq; stupor. ~~om.~~
 Deliciarum spes, moritur fax ignis amoris.
 Siquid erat quod epur uentoso turbine misso
 Fecerat arrectum, subito languetq; caditq;.
 Sopitur uirtus, frigescent omnia membra.
 Credere quis posset, quod uirgo quattuor implens
 Nuptæ olympiades, adeo cito consenuisset?
 Nunquã tam modico rosa marcuit. In noua formas
 Corpora mutatas cecini, mirabiliorq;
 Non reperitur ibi mutatio, quàm fuit ista.
 Scilicet ut fuerit tam paruotempore, talis.
 Taliter in talem uetulam mutata puella.

Heu q̄ dissimiles sunt uirginis artubus artus.
 Accusant uetulam membrorum turba senilis.
 Collum neruosum, scapularum cuspis acuta.
 Saxosum pectus, laxatam pellibus ubex.
 Non ubex, sed tam uacuum q̄ molle. uelut sunt
 Bursa pastorum, uenter sulcatus aratro.
 Arentes elimes macredine, crudaq; crura,
 Inflatumq; genu, uincens adamantæ rigore,
 Accusant uetulam membrorum marcida turba.
 Concitus exurgo, corpi firmare quod illam
 Appeterem ferro, sed mens ad se reuocauit
 Virgineam famam, quæ scandala ne pateretur
 Continui. quamuis omnis spes eius habenda
 iam discessisset. sic dextra quieuit, amorq;
 Extinctus, uiuum potuit superare dolorem.
 Nec fuit hoc modicum, quod desperatus amauit,

P. OVIDII NASONIS

Imo probatio summa fuit, quod dignus amari
 Sum, qui sic possum iam desperatus amare.
 Non tamen inueni, quæ uellet amabilitati
 Respondere meæ. sed non ideo minus isti
 Quam non in culpa scieram, bonus esse uolebam.

EXpers consilij uix uestimenta resumo.
 Vestimenta resumo tamen, post meq; recludo
 Portam, tam tristis q̄ letus in ingrediendo.
 Adq; domum ueniens, uix atria claudere possum,
 Vix cameram. sine luce, meo me reddo cubili.
 Flebilis euoluo, mibiq; uindicta placeret,
 Sed non inuenio condignam, si moriatur.
 Omnis pœna leuis, quam momentanea fuit
 Mors. igitur uiuat, luitura diu scelus istud.
 Sit mendica, manum non inueniens miserantis.
 Estoq; siquid ei dabitur, modicumq; malumq;
 Panem non comedat, nisi quæ dederit putre granâ.
 Non carnes, nisi de uetula sue, siue leprosas.
 Non pisces, quos non denunciet undiq; fœtor.
 Nec unum gustet, quin sit uel pingue uel acre.
 Tussiat æternum, iuncturas gutta fatiget.
 Febriat absq; crisi, sitis insatiabilis assit.
 Adsit frigus iners, sed & intollerabilis æstus.
 Si possint sint ambo simul, saltem ue uticissim.
 Fletus ei sit continuus, lacrymæq; perennes.
 Singultus subiti, suspitria crebra frequenter.
 Oscitet alitibus distenta rigoribus, atq;
 Fœteat eructatio, non emungere nares

Poste

DE VETULA LIB. II.

Possit, in os sanies descendat tota corize.
 Nec spuatur hoc, etiam sed glutiat euomitura.
 Nec uesica uel anus contineat urinam
 Vel stercus, sed continuo fluat ante retroq.
 Nam post tale nefas mala tot non posset habere,
 Quod mihi sufficiens posset uindicta uideri.

Ecce superueniens luctum dolor innouat, ecce
 Virgo datur tedis, longinquas nobilis illam
 Ad partes sponsus traducit, erat locus ille
 Ad quem nulla mihi ueniendi causa dabatur.
 Necdum compereram, sibi si mea sollicitudo
 Tam mordax innotuerat, nec iam mihi tempus
 Inuestigandi, tot erant his tedia tedis.

O quicumq; meam tecum traducis amicam
 De thorace meo, mihi cor traxisse uideris.
 Sed prohibere patrem non possum, qui ubi malit
 Sit iungenda, mea cum non interfit sperite.
 Prae cunctis etenim secreto pertinet, ad me
 Cum iunginequeat, qui me disiungar in ipso.

AT uero postquam uiginti circiter annos
 Cum sponso fuerat, partuq; efforta frequenti
 Et sua iam facies dispendia parturienti
 Senferat, ecce diem supremum claudere sponsum
 Fata iubent, placuit primogenito remanente,
 Et pro dote sua procuratore relicto,
 Ad patrios remeare lares, occurritur illi
 Omnibus à notis, consanguineis & amicis.
 Praeueniens alios, occurro longius illi,

P. OVIDII NASONIS:

Et breuibus uerbis ex ordine singula pandō:
 Subridens dixit, memini certe satis horum,
 Excepto, quod animum te supposuisse putabam.
 Me testante deos, quod animum non supposuissem.
 Sed quid ait meminisse iuuat modo talia? nunquid
 Iam sumus ambo senes quasi, nec complexibus apti,
 Tunc instare uolens, multis uenientibus illi
 Congauisuris, uetor addere quæ decuisset.

Quodā mane meos me forte reuoluere libros
 Contigit, adque locum ueniens ubi dicitur
 illud,

Præcipue si flore caret, & cætera, risti.
 Perq; fenestrellam uidi dominam uenientem.
 A fortunatis prænostica multa uidentur.
 Præterituram eas erat ades, septaq; solis
 Monte palatino, læua de parte, relicto
 Tendebat, lauros, tripodumq; oracula uisens,
 Occurri, satagens offerre domestica, siquid
 Esset ibi placitum. uel si diuertere uellet
 Sub tectum nostrum, modica recreanda quiete,
 Subiunxit, non est modo tempus multa loquendi.
 Sed mediatricem sum prouisura fidelem
 Ad te mittendam, cum se dabit inde facultas.

PAulo post ad me facunda pedisequa quædam
 Mittitur, & secum pretiosa localia defert.
 Aurea cum gemmis, vitro fabrefacta paratu.
 Hæc, inquit, domine sunt illius, suus ad quam
 Procurator heri pro numis misit habendis.

Sed

DE VETVLA LIB. II.

Sed quia tanta domi numerata pecunia non est,
 Ad mercatores presentia pignora mittit.
 Ast mihi comperta, quod te non oderit, istac
 In mentem uenit diuertere. scire sed illam
 Nollem, quod pro te uenissem, ne ue putares,
 Quod te diligeret propter tua. sed modo sano
 Credas consilio, laudo quod te penes, ulli
 Si modò sunt numi, retinere localia cures,
 Et sibi mutua des. fingam, quod me repedantem
 Videris à mensis, & quod mensas adeundi
 Quæsieris causam. qua comperta, uoluisti
 Sic sibi succurri. sic cor furaberis eius.
 Pro certoq; tene, quod sit tibi grata futura.

E Rubui si non facerem, loculosq; sigillo
 Signaui plenos, retinere localia nolens.
 Sic ubi quinq; dies iam transiuisse notassem,
 Nec de parte sua rediisset nuncius ad me,
 Esse potest, dixi, cum sit res inuidiosa
 Numi, quod numos non dixerit hæc habuisse
 Sic à me. quia sepe locus committere furtum
 Suggestit, & uere locus est occasio furti.
 Quod si commisit, ne deprendatur in illo
 Dissuadebit ei, mecum ne quando loquatur.
 Ne queram, si salua pecunia uenit ad ipsam.
 Quod si quaestero, quid erit? si deneget illa,
 Non habeo testes, nec erant testes adhibendi.
 Debueram potius sua pignora detinuisse.
 Tunc nihil excusasset eam, quin falsa fuisset.

Cui dñ

P. OVIDII NASONIS

Cui dimisisset tot pignora. quæ nisi numis
 Acceptis, non debuerat dimittere cuiquam.
 Sed uolui dominae meae sic exponere large
 Tam specie quàm re, quod me censeret amandum.
 O si pœniteat, quod ab initio mihi tantum
 Dura fuit, si pœniteat, mihi sufficit. imo
 Ultio nulla, nisi talis, deletat amantes.

Talia dicenti mecum, se quaestio gratis
 Offert soluendam. uenit ecce pedisse qua ridet
 O felix dixit, tua te praebata salutat,
 Quodque tuum factum sit commendabile, dicit.
 Plusque modus facti, grates tibi grata rependit.
 Utque scias, quod te propter tua nolit habere,
 Sed tua propter te, refero sua pignora mecum.
 Optio uult tua sit, an sint mansura penes te
 Vel tecum referas ueniens, ipsa potiturus.
 Quam cito nam poterit, pro facti credit reddet.
 Proque modo facti uult reddere nobile scœnus
 Corporis optati, scœnus inuat istud amantes.
 Tale decet, nec tale potest exactio dici.
 Hoc sero uenies, sed tarde. ne modo quartus
 Addatur testis, quartum non uult adhiberi.
 Nec possunt soli duo, si non tertius adsit.
 Unica sufficiam uobis seruire duobus.
 Te sibi, seque tibi, manus est haec una datura.

His dictis abit, inuito mihi pignora tradens.
 In sero uenio, mecumque iocalia porto.
 Nec retinere uolo. quæ cum fuerint data, credam

Extunc

DE VETULA LIB. II.

Ex tuuc semper ei. nam qui reperitur in uno
 Verax, credibilem se quantum ad plurima reddit.
 Et nisi rupta fides sit per mendacia, durat.
 Non quia nō multi sint, qui modicum bene reddunt,
 Ut maiora sibi credantur. sed secus est hic.
 Nanq; datum semel hoc multis præponderat unum.
 Aduento, seruatq; fores ancilla parata.
 Mox introducit, mox lectum mittit in ipsum.
 Et quia me fallax aliās deceperat, ipsam
 Attrecto manibus. respondent sufficienter
 Singula, frons sedes oculi, nasus, labra, mentum.
 Sentio ridentem, tuo totus in oscula. quid plus?
 Nudus suscipior cum mansuetudine multa.
 Totus in antiqui delector amoris odore.
 Quæ fuerat, meminisse iuuat. quanti; fuisset
 Integra, fracta docet. nunquam matrona totemis
 Præcipue post tot partus, fuit aptior ulla.
 Nulla; munda magis fuit, aut melioris odoris.
 Quod superest, taceo. satis est dixisse, quod unum
 Venimus in lectum, quod utriq; sat egit uterq;.

Ecce meis in uisceribus noua rixa creatur,
 Lis grauis, ira furēs, odiū memorale, perennis
 Rancor, inhumane strepitus, cōgressio dura,
 Questio difficilis, quam nulla solutio sedat.
 Cum recolot actus, trutinanteq; mente reuoluo,
 Quid fortuna mihi dedit, & quid casus ademit.
 Euehor buc illuc fluctuans. hinc gaudeo multum

Quod

P. OVIDII NASONIS

Quod super optato tam longo tempore, uici.
Inde memor rursus, q̄ tarde uicero, tristor.
Quod nullo reditura modo sit fracta senectus.
Auget letitiam desyderium diuturnum.
Auget tristitiam pigra desperatio, uerum
Ipsam letitiam nec desperatio tollit.
Nec desyderium ualet euacuare dolorem.
Adiuto consorte suo constanter utroq;
Et tamen inter se non possunt pacificari.
Quae si concurrant, neutrum neutro superatur.
Nec si librentur, nutum facit ipsa statera.

Quis doceat dominae grates sic soluere, quod
non
Ingratus uideat, nec soluere largius aequos
Haec est summa quidem, quod grates debeo mixtas
Nec bona, nec mala, sint sibi longa. sed abbrevietur
Si mala sint, placeat quoq; si bona. Dissplicat, quo
Non sic tristetur quod sit penitus sine risu,
Nec sic letetur, quod sit penitus sine fletu.
Si sibi fiat honor, macula sine gloria non sit.
Si uituperium, uelox obliuio tollat.
Si sit ei damnum, pro parte tamen releuetur.
Si sit ei lucrum, pro parteq; damnificetur.
Si quando metuat, solatia concomitentur.
Si sit consolata, metu non sit caritura.
Sed semper morbo careat. satis est sibi morbus
Pessimus, irretinebiliter ruitura senectus.
Permixtas grates sic omnis amica meretur,

Quae

DE VETULA LIB. II.

Quæ nisi fiat anus se non concedat amico.
Et mea non habeat melius uel pius eisdem,
Si sua culpa fuit. Sua culpa fuisse uidetur,
Cum memorem facti uetula se confiteatur.
Nam facti uetula nisi conscia primo fuisset,
Non se post eius memorem confessa fuisset.
Nec tamen omnis anus est talibus annumeranda,
Semper erit iuuenis mihi, quam sic inueteraui.
Hæc autem mecum quia non fuit inueterata,
Displicet atque placet. placet obtinuisse, sed illi
Cui semper fuerit tam chara iuuenula, quod non
Attigit ad uetulam, non est leue continuare.
Attendas uetulam mecum non inueteratam.
Nam iuuenes mihi semper erunt, quas inueteraui.
Nec minus annosam sum quasiturus, eo quod
Plus timeo ne deterior foret illa priore
Quam sperem melius facturam, præcipue cum
Nunc quam primo minus præsumeret esse potentem
Et dici posset, uetulus iam desipit iste.

SECUNDI LIBRI

FINIS.

P. OVIDII

NASONIS PELIGNEN

SIS DE VETVLA, LIBER

TERTIVS. In quo describit quae

liter uicturus est, derelicta

amore.

ISTAE sunt caussae propter quas amodo nota
Vivere, sicut eram solitus, nec subdere
collum
Plus intendo iugo, neruos carpētis amoris
Sed quoniam non usque caret matura se-
nectus

Insidijs, & adhuc tentatio plurima restat,
Quid faciam? repetā ne iocos, quibus ante uacabam
Delittas, quibus utebar iuuenilibus annis?
Non repetam, quia tunc etiam non me releuabant
A chara cura, nec eis oblitio cura
Talis inest, desiderium potius reuocarent.
Et dici posset, uetulus iam desipit iste.
Sed scio quid faciam: studio complectar anbelo
Lucem, quam mecum dixi prius esse reclusam.
Lucem doctrinae, quae rerum sedula causas
Rimatur, sublimis apex in philosophia.
Lucem doctrinae, quae cum sit caelica, terras
Non dedignatur, sed in exilio peregrinat
Isto nobiscum, solatia uera ministrans.

Adiſe

DE VETULA LIB. III.

A Diciamq; iocos dociles, matheſisq; ſequaces
 Sumptibus exiguis aliquatenus ædificabo,
 Concernēs ad materiam geometrica quædā
 Sic abſtracta quidem, quod nō ſine materia ſint.
 Algebræq; memor, qui ludus arithmetiſorum.
 Admittam ludum, qui ritimachia uocatur.
 Inueniam ſi diſcipulos, quia non niſi pauci
 Sunt hodie, matheſim qui cenſuerint imitandam.
 De cantu capiam partem, quam Muſica ſcribit.
 Adq; creatoris laudem, mea cantica uertam.
 Aſcendam in cœlum, ſi demonſtratio pennas
 Annuat, & curſus aſtrorum uerificabo.
 Inſtrumenta leuans, & ſcribam poſteritati,
 Qualiter inueni loca ſingula tempore certo.
 Ut conferre queant ſicut ſecere priores.

I Nde creatorem per res intendo creatas
 Venari, & demum per rerum quærere cauſas.
 Cauſam, intellectu cū transcendentem, ſupremam
 Sciturus per eas, ſuper omnia cui reuerendum.
 Cui me deuoueam perfecto corde. diesq;
 Conſumpturus in his, quos nutu cuncta mouentis
 Significatores, uelut inſtrumenta, dederunt.
 Per quæ, prima quidē regit oia cauſa, prout uult.
 De quibus in matore meo licet inueniatur
 Libro, quod dixi Platonica uerba ſequutus.
 Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba.
 Aſtra tenent cœleſte ſolum, formeq; deorum.
 Non tñ hic niſi quod certū eſt uolo dicere. quare

E Diſo

P. OVIDII NASONIS

Diffinire necessarium non est modo, cum non
 Constet, utrum uiuant cœlestia corpora, nec ue
 Affirmare quod est temerum, incertumq; negare.
 Sed quocunq; modo sint, certa indagine constat
 Quod quamuis diuersus eis sit motus, eantq;
 Nunc celeri motu, nunc tardo, nunc retrocedant.
 Et nunc directe, nunc aut septentrio sursum
 Efferat, aut retrabat pars meridiana deorsum.
 Nunc grandē paruum ne putes diametron habere.
 Compositus tamen est diuersus motus eorum
 Motibus ex æqualibus orbicularibus in se.
 Et numeris certis, & certa lege mouentur.
 Hoc etiam constat, quod mundi motus obedit
 Hic elementatis, sicut longus docet usus.
 Motibus ipsorum, nec contradicere possunt
 Hi quicunq; minus nouerunt, despiciunt, &
 Dentibus inuidiæ præsumunt dilaniare.
 Prima per ipsa quidē regit omnia caussa prout uult
 Organa sunt primi, sunt instrumenta supremi.
 Cuius amicitias hic si mihi comparo, nulli
 Post mortem teneor obnoxius esse deorum.

Q Vicquid enim teneat de dijs sentētia prisca
 Vnicus est deus & dominus, cui dij quoque
 parent.

Salua sit ipsorum patientia, saluaq; si non
 Esse potest, nisi diffitear quod sentio, saltem
 Non dedignentur, cum sntrationis amict.
 Si rationibus experiar, si discutiam, quid

Credi

DE VETVLA LIB. III.

Credi conueniat super agnitione deorum,
 Vtrum sint plures, uel forte sit unus eorum
 Qui dij dicuntur, pater & deitatis origo.
 Quod si sic, iam sunt uirtutes particulares,
 Et non dij, nisi grammatices accommodet usus
 Hoc nomen, deus, ad uirtutes significandas
 Omnes, quod potius deberet abusus dici.
 Tunc ydiomalis hæc dici quæstio posset,
 Quæ modici pretij reputatur apud sapientes.
 At si non licet os in cælum ponere, certe
 Non possum cogi, quin credam, quod mihi dictat:
 Mens, quæ de cælo mihi credita dicitur esse,
 Ergo loqui liceat de primo principio, quod
 Sic est principium, quod non est principiatum.
 Et queratur, utrum sint plures principiantes.
 Exempli caussa, sicut quidam posuerunt
 Vt bona principiet alter, reliquus mala. Vel sit
 Vnicus amborum, diuersimode licet, auctor.
 Quocirca dico, quod caussa sui nihil esse
 Principium ue potest, quin omnipotens etiam sit.
 Nec decet esse deum, diuinum dummodo nomen
 Restrungatur ad id, quod non est principiatum,
 Sicut prædixi. quid enim iuuat esse deum, si
 Non est omnipotens? deitasq; quid addit eidem,
 Omnipotentia si circumscribatur ab ipso?
 At uerum nihil est adeo proprium deitati
 Sicut posse, nec id dignum est deitate, nisi sit
 Perfectum. quare si non est omnipotens quis,

P. OVIDII NASONIS

Nec deus esse potest. sequiturq; quod omnipotētes
Si non esse duo possint, nec di duo possunt.
Dij quoq; si plures, & plures omnipotentes.

Arguo sic igitur: Duo si sunt omnipotentes,
Ac per id æquales. aut hic dependet ab illo
Aut nō? nam si sic, bina oipotētia non est.

Si non, istius poterit contrarius esse
Ille uoluntati. sua, si uelit, impediendo
Facta, uel illius econtrā forsitan iste.
Nam si non possit, iam non est omnipotens is.
Si uero possit, alius non omnipotens est.
Sic igitur rebus in dependentibus à se
Omnipotentatus non posset inesse duabus:

Quare nec deitas. Tantum est igitur deus unus,
Strenuus, excelsus, super omnia glorificandus.

Hic deus est uirtus quædam, q̄ transilit omnem
Virtutem: uirtus super oēm simplicitatem
Simplex. à nostra sic cognitione remota

Simplicitate sua, quod per se scibilis ipsa
Non est à nobis. non q̄ de parte sua sit
Defectus, sed nos bebetes sumus ad capiendum
Esse rei, uires nostras ita transgredientis.
Sed nec habet uirtus hæc, cū sit prima, prius se
Per quod in ipsius ueniatur cognitionem.
Quare non nisi per sua posteriora scietur.

Quæ sunt res omnes quas mundus continet in se.
Nam mundum deus ex nihilo, mundanaq; fecit

Solus

Solus ab æterno. Sed cum non posset apud se
 Tanta pati bonitas, etiam quemcunq; colorem
 Invidia, uoluit quibus esset largus habere.
 Et primo, duo: materiam, lucemq; creauit,
 Ut per quod fieret hic mundus haberet, & ex quo.
 Sed qui materiam uult informem meditari,
 Cogitur ut sicut punctum, meditetur eandem.
 Nam quantum nihil esse potest & sine carere,
 Finitumq; quod est, & formam constat habere.

ERgo materia, quæ se reddit meditati
 Sub puncti specie, lux illa superuenit. & cum
 Sit manifestatrix, ad formam suscipiendam
 Aptat eam, quoniam per totum digerit illam.
 Igniculisq; fouens, partem diffundit in omnem,
 Motibus oppositis faciens diametron ubiq;.
 Cumq; sit ambarum finita potentia, standi
 Terminus est positus, quo sistitur utraq; uirtus.
 Scilicet extendens extensaq;. sic ut in illis
 Plus nec agente potest patiens, nec agens patiente.
 Commensurat eas eadem proportio, sicq;
 Crementi motu cessante, reflectitur in se
 Hac sit sphaera uia, tali distincta tenore
 Ut pars interior sit densior apta quieti,
 In qua plus de materia, de luce minus sit.
 Pars sit & exterior subtilis & apta moueri,
 In qua plus de luce, minus de materia sit.
 Hac pars humanam speciem regit, illaq; pascit.

P. OVIDII NASONIS

Porro pars sphaera, medium q̄ possidet, & que
 Densior est alia, per quattuor est elementa
 sic connexa sibi diuisa, quod alterutrorum
 Vires oppositas, medium commune maritat.
 Inq; nouem caelos extrinseca diuiditur pars.
 Quorum forma quasi tunicatum contineat se.
 In quorum septem propiori à parte planetae
 Septem discurrunt, diuersis motibus acti.
 Horum sunt superi, Saturnus, Iuppiter, & Mars.
 Sol medius. sub sole Venus, præcepsq; sub illa
 Mercurius, terræq; propinquior infima Luna.
 Stellæ, octauum caelum fixas habet, uno
 Motu contentas, ut in his contrarietas sit
 Tanta, quod unicus est ubi corpora plurima, motus
 Et rursum, motus ubi corpora singula, multi.

Ad nonum caelum, quantum ad nos, ordine primū
 Quantum ad naturam, dictum quoque mobilis
 le primum

Nullum corpus habet. sed lux diffusa per ipsum
 Quantum materiae radix remouetur ab ipso,
 Tanto concerni potuit minus, ut fieret lux
 Illic uisibilis. nec enim nisi materiatum
 Visibus offert se, motu lux ista diurno.
 Caelum sic à materiae radice remotum
 Tam rapida uirtute mouet, tantoq; uigore
 Circumuoluit, ut & caelos secum trahat omnes.
 In se contentos secum circumrotet omnes
 Nocte dieq; semel, & mundanum super axem.

Axis

DE VETVLA LIB. III.

Axis mundanus est linea, quæ quia transit
 Per centrum mundi, inq; polo finitur utroq;
 Maior ea nulla est, immotaq; sola quiescit.
 Sola quiescit, sed non est longissima sola
 Exclusa maiore, potest æqualis haberi.
 Circulus omnis enim qui diuidit in duo spheram,
 Maximus est, pariterq; suus longissimus axis.
 Quorum qui supra mundi componitur axem,
 Cuius describit motum reuolutio primum,
 Dicitur æquator, & dicitur æquidialis.
 Sed quia sunt multi motus præter memoratum
 His octo cælis, unus tamen est generalis.
 Et super axem, qui mundi declinat ab axe
 Per quintam decimam modico minus, & suus orbis
 Non est æquatore minor, qui dicitur orbis
 Signorum uel zodiacus, quantumq; recedit
 Axis ab axe suus declinat, & orbis ab orbe.
 Cælorumq; sub hoc motus describitur octo.

Sed quia cælos hos motus uehementia primi
 Vincit, nec possunt ipsum usq; sequi, reputatur
 Ipsorum motus primo contrarius esse.
 Non tamen est, sed id incurtatio uisibus offert,
 Vincunturq; magis, quanto magis inde remoti.
 Et quia tardior est, uelocior esse uidetur.
 Nam lux illa mouens, uirtus est. immediate
 A primo motore fluens in mobile primum.
 Et mouet ipsum sic, ut motor non moueatur
 Sed manet immotus, licet illa necesse moueri

P. OVIDII NASONIS

Sit, quæcumq; mouent contactu. non tamen illa
 Quæ uirtute mouent, idcirco necesse moueri.

AMplius hoc cœlum sic hac uirtute mouetur.
 Ut nunquã totum mutare locum queat in se.
 Sed solæ partes etus mutant loca, quando
 Circumuoluuntur. quia motus is orbicularis
 Cui nihil oppositum, semper durabilis ergo
 Sese continuans in partem semper eandem.
 Et circa medium, quia nec leue nec graue cœlũ est.
 Ast elementorum leuitas ubi uel grauitas est,
 Est motus rectus. quia quod grauitate mouetur,
 Ad medtum trahitur. Et quod leuitate, recedit
 A medio. quorum sibi motus oppositi sunt,
 Ad loca tendentes diuersa. quibus sibi nactis,
 Quodlibet in propria regione quiescit eorum.
 Inde nec extrahitur, nisi per motum uolentum.

HÆ mundi partes, cœlestis scilicet illa,
 Hæc elementaris, mundo scrutre minori
 Non dedignatur: mundus minor est hõ, cuius
 E cœlo uita est, & uictus ab his elementis.
 Sic dictus, quia sit mundi maioris ad instar
 Factus, conuerso licet ordine. nam quod in illo
 Grossius est, iacet in medio, subtilius extra.
 Hic uero latet interius subtile, uelut sunt:
 Cor, cerebrũ, necnõ & epur, dominantia membra
 Testiculiq; licet sint ex his, sunt tamen extra,
 Ob generatuum foris auxiliantis egentem.
 Ista quidem, uice cœlorum, funguntur in ipso.

Et qui

DE VETULA LIB. III.

Et quibus est seruire datum, specialiter istis
 Scilicet arteriæ pulmo, trachæaq; cordi,
 Vena fel, & splen epati, neruiq; cerebro.

Sensus & motus, & semen dantia uasa
 Testiculis, stomachusq; coquus generalis eorum.

Sol in corde manet, & in arterijs dominatur,
 Viuificans per eas totius corporis artus.

Mercurius patulam pulmonis habet regionem,
 Trachæamq; uociferam, linguamq; loquacem.

Testiculos Venus, & qua semen uasa ministrant,
 Sortitur. sed epas Iouis est, stomachusq; cibator.

Splen Saturnus habet, Mars fel, & Luna cerebrū.

Stellatum cœlum neruos, sensus habet, atq;
 Nomum, motiuos, cuius rapit omnia motus.

Virtutes iterum potes assignare planetis,
 Et naturales in primis. Appetit ergo

Mercurius, retinet Saturnus. dirigit autem
 Iuppiter, expellit Mars, pascit Luna, nutrit Sol.

Atq; Venus generat. iisdem quoq; sic animales.

Sentit Iuppiter, & Sol cogitat ac ratione

Vtitur. ac meminit Saturnus, Luna localem

Exercet motum. discernit Mercurius, Mars

Iram succendit, desyderium Venus auget.

Compositos itidem dabis humores elementis.

Aëra sanguis habet. habet ignē colera, terrā

Melia, flegmon aquā. sed rursus omogeneorū

Membrorum quædam sunt horum danda quibusdam

Ossa quidem terrestria sunt, aqueæq; medullæ.

P. OVIDII NASONIS

Aëreae carnes, cutis ignea, cetera claudens
 In se, sicut ibi tria circumplectitur ignis.
 Distribuuntur item sic officialia membra
 Arce manens caput in supera. uiri datur ignis,
 Venter aquae, dorsum terrae, manuumq; pedumq;
 Ramos aër habet. cuius per inane uagantur.
 Sic homo maioris est mundi factus ad instar.
 Sic hominem coeliq; regunt, elementaq; pascunt,
 Sic homini totus maior mundus famulatur.
 Sed specialius est coeli pars una dicata,
 Ut proprie per eam species humana regatur.
 Nam quamuis homini totum coelum famuletur,
 Appropriata tamen est cuilibet ex elementis.
 Quaedam pars coeli, regionem sol regit ignis.
 Materiamq; cometarum sublimat ad ipsam,
 Subtilemq; leuat pro dando rore uaporem.
 Inde minoribus est datus aër quinq; planetis,
 Ad quorum motum mutatio temporis omnis
 Accidit. & ueniunt nix, grando, tonitrua, fulmen,
 Ventiq; & pluuia. lunæ sequitur mare motum.
 Acceditq; ad nos, quoties ad meridianum
 Luna uenit, quoties & ad orizonta recedit.
 Fortius accedens quoties ascendit ad augem
 Orbis luna sui, cuius centrum quia distat
 A centro mundi, nomen quoq; traxit ab inde
 Cuspidis egressæ. similiq; modo, quoties est
 Orbis in auge breuis, quem nominat ars epicydum.
 Et quoties utriusq; simul conscendit in augem.

Est sic.

DE VETULA LIB. III.

Est sicut plus esse potest accessio fortis.
 Tunc etiam pisces meliores sunt ad edendum.
 Præcipue, qui sunt in conchis degenerati.
 In terra tandem stellæ fixæ dominantur,
 Ad numerū, quarum datus est numerus specierum.
 Cui tamen ex stellis quæ seruiat ex speciebus,
 Nescitur, sed homo regitur specialiter orbe
 Nono, qui cælos & continet, & mouet omnes
 Vnde fit, ut sicut stellarum motus obedit
 Et trahitur, cæli quod continet omnia raptu.
 Sic dominatur homo cunctis alijs speciebus.
 Sicut & in cælo lux est, subtilior isto,
 Sic homo dignior est, mentisq; capacior altæ.
 Sicut & hoc cælum primus fouet immediate,
 Sic hominis speciem super omnia diligit idem.

ET cum de cunctis sit cura deo speciebus,
 De solis individuis huius speciei
 Cogitat, in quorū sunt cuncta creata fauorē.
 Illis præcipue dans quandam nobilitatem,
 Vim speculatiuam diuini munus honoris,
 Per quod dignatus sibi nos est assimilari.
 Infundenda creans ipsam, infundensq; creando.
 Ac aliæ vires animæ cum commoriantur
 Omnes, corporibus se separat unica uis hæc.
 Corpore nec pereunte perit, quoniam licet ipsa
 Non sit ab æterno. postquam tamen incipit esse,
 Durat in æternum. cuius quia conditiones
 Æternas quasdam inueniunt, sub tempore quasdam

Dixit

P. OVIDII NASONIS

Dixerunt, quod eam factor lucis creat, inter
 Tempus & eternū, confinem ambobus, ad instar
 Horizontis, qui duo semisphæria mundi
 Visum scilicet à non uiso diuidit æque.
 Separat autem se, quoniam de corpore toto
 Non habet organicam respondentē sibi partem.
 Est igitur sine fine manens cum cœperit esse.

Horum mundorum, nullo deus iste iuuante,
 Materiam potuit, sciuit, uoluitq; creare.

Ac ipsos de materia formare creata.

Maiori lucem infundens, animamq; minori.

Et placuit sibi, quod tales essent duo mundi,

Quodq; duæ partes, quas mundus habet minor essent

Hæc finibilis, & semper durabilis illa.

Et quod maiori motus essent duo mundo.

Hic finibilis, & semper durabilis ille.

Non tamen uniuoce sumatur, semper, utrinq;.

Nam semper durant animæ sine fine manentes:

Sed motus cessare potest, durasseq; semper.

Semper enim durat, quod tempore durat in omni.

Et motum tempusq; sibi liquet esse cœua.

Nam nec motus erit sine tempore, nec sine motu

Tempus. quæ sicut cœpisse simul potuerunt,

Stare simul poterunt, cum terminus affuerit. quem

Conditor imposuit. nec eum nouit nisi solus

Impositor. sicutq; sit, ut durante perenni

Motu, causatur perpes generatio. sic, &

Iste status causat uitam sine fine quietam.

DE VETVLA LIB. III.

Ut quod uixerat hic ad tempus in his elementis,
Viuat in æternum super orbis glorificatos.
De rationali dico, cui uita superstat.

ERgo statu ueniente, statim fient noua cuncta.
Scemate nam simili status innouat oia. sicut
Et motus generat. Cœli, generatio, moti
Est effectus, & eiusdem resurrectio stantis.
Ad motum cœlum finiti temporis esse
Pertinet. ad stans quoq; quietum, pertinet esse
Æternum, fixumq; manens & glorificatum.
Porro statum, sequitur resurrectio tam generalis,
Quam præter motum generaliter omnia stabunt.
Ergo necessario, noua fient omnia, cœlum,
Sydera, mundus & hic. & corpora nostra resurgēt.

Sil stet motus ais. sic est, sed stare necesse
Non est. & quamuis sit naturale resolui
Quod iunxit natura, tamen non uult deus illud
Quod ratione bona iunctum fuit, usq; resolui.
Vnde fit, ut quicquid natura solubile iunxit,
Sancierit bonitate sua diuina uoluntas.
Hæc ais, hæc & ego, simul unica perficiendis
Omnibus organicis non sufficit endelechya.
Est animabus & hæc, aliquid, quo dicitur una
Qualibet illarum, quo differt omnis ab omni.
Si uero motus non stet, generatio semper
Continuabitur. & species bumana, creatas
Infusasq; nouas animas sibi multiplicabit.
Separat autem se uirtus anima speculatrix

P. OVIDII NASONIS

Propter eam caussam, quam dixi. sic animarum
 Infinitus erit numerus, natura sed istud
 Non patitur, nec stare potest, quare neq; primum
 Sic stabit motus, sic corpora nostra resurgent,
 Ad proprium corpus anima quæcunq; reuersa.
 Non quod Deucalion sit Pyrrha futura, sed illud
 Corpus idem numero, quod habebat, uterq; resumet.
 Ut quia pro meritis reddenda est gloria, pœna
 Pro culpis, proprios actores quæq; sequatur.
 Sic mutabit nos excelsi dextera, solo
 Verbo, nam standum si iusserit, ilico stabit.
 Non ut dissoluat, quæ iuncta bona ratione
 Sunt, sed ut in melius commutans, sanciat illa.

Forte tuus tamen id non sustinet intellectus,
 Ignis reliquias sic in melius renouari
 Posse, quod et memini dicēs hæc de Ioue uerba
 Esse quoq; in fati reminiscitur affore tempus,
 Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
 Ardeat, & mundi moles operosa labore.
 Sed de hoc nō est uis. is enim qui primo creauit
 Omnia de nihilo, reparare potest ea, multo
 Fortius ex aliquo, renouando modo meliori.

Hic deus omnipotens est uirtus illa suprema,
 Cui me deuoueo, cui soli confiteor me
 Totum debere. cui soli debeo grates
 Tam de gratuitis q̄ naturalibus, & quàm
 Fortunæ donis. isti me iudice soli
 Debetur reuexentia, debetur famulatus.

Huius

DE VETULA LIB. III.

Huius amicitias hic si mihi comparo, spero
 Quod meliore gradu coram se stare iubebit.
 Huius cultorem me repromitto futurum,
 Dum tamen ipse trahat. quia si non traxerit, ipsi
 Nemo placere potest, & ad ipsum nemo uenire.

Huius et ob utinā merear mendasse, prius quā
 Aduentant anni, quos dicā non placituros.
 Sol ut obumbretur, & stella, lunaq; solis
 Lumen. post pluuiam redeant nubes, iterato
 Custodesq; domus, seu fortes commoueantur.
 Quiq; uident per parua foramina contenebescant.
 Filiā carminis obsurdescat, surgere mane
 Quæ solet ad uocem uolucris, ducantq; molentes
 Ocia, formident, timeantq; excelsa uiarum.
 Flore suo canescat amygdalus, inminuatur
 Capparis in lumbis, impingueturq; locusta.
 Rumpatur funis argenteus, atq; recurrat
 Aurea uirga, super contrita sit bydria fontem.
 Cisternamq; super confringatur rota, puluis
 In terram redeat. sed liber spiritus ipsum
 Euolet ad dominum, qui desursum dedit illum.

Temporis illa dies finem faciet mihi. uita
 Victuro meliore quidem, si reddidero me
 Gratium factori, largitori q; bonorum.
 Præcipue si serulero sibi, si bonitatem
 Ipsius summam, dilexero corde tenaci.
 Mentemq; perfectā, si glorificauero laude.
 Neue creaturae cultus impendero, dignos

P. OVIDII NASONIS

Maestate sua, sed reddendos sibi solt.
Sic igitur metuenda dies nō est mihi mortis.
Et si non alias, ideo saltem, quia finem
Exilio faciet. mors regibus, exilibusq;
Communem patriam parat, & cōmuniter omnes
Urbe sua recipit, & nullos inde relegat.

Porro non penitus caret utilitate, quod ipsa
Terminat exiliū, quale est habitare sub arcto,
Quale Getas inter. quia proximitate Getarū
Deterius nihil esse potest, ubi uiuere certe
Non aliud reputo, q̄ mortem continuare.
Quamuis esse malam mortē super omnia dicant:
Non nihil est finire malū. mala sunt bona, finem
Impositura malis. non semper uiuere uellem,
Si non concessum simul esset posse reuerti.
Nam quoniam reditū mihi iam sperare negatū est,
Opto mori. sed si mihi uiuere forte liceret
In patria, grauior foret expectatio mortis.

Nec me quorundam deterret opinio uana,
Qui dicunt animas apud infernaliam regna
Exercere, quod hic exercuerant. quia uerū
Si foret hoc, non exilium fugerem moriendo
In melius. quod si dixisse redarguar illud,
Non fuit hoc, quia sic sentirem, sed quia uulgo
Cum loquerer, uulgi decreta tenere uolebam.
Verior & potior sententia philosophorum,
Illorum proprie, quos illa scientia diues
Occupat astrorum, qui partem iudiciorum

DE VETVLA LIB. III.

Exercet, & principiorum reddere causas
Sufficiunt, uarios effectus inde probantes.

HOs apud inuenies, quid significare planetis,
Quid signis, domibus ue datum. quia circulo
ipse

Diuiditur bimo de per bis sex signa, domosq;.

Hæc diuisio naturalis, & hæc situalis,

Diuersasq; trabunt uires ab utraq; planeta.

Qui cum sint septem, duo sunt ibi lumina magna:

Estq; planeta diurnus sol, nocturna q; luna.

Et rursus, sol masculus est, & fœmina luna.

Sol calidus siccus est, humida frigida luna.

Pertinet ad solem uirtus actiua caloris.

Pertinet ad lunam passiuæ, sed humiditatis.

Sicq; potest dici sol sponsus, luna q; sponsa.

Ex quibus in mundo res omnis habet generari.

Humorem luna, præstante q; sole calorem.

Post solis luna q; faces, sunt lumina quinque

Propter naturas totidem. quia sunt elementis

Quattuor affines, commixta ex omnibus una.

Frigidus & siccus est Saturnus, calidusq;.

Mars est & siccus. & Iuppiter est calidus, sed

Humidus, atq; Venus est frigida humida. mixtus

Mercurius, conuertibilem se reddit ad omnes.

Rursus Saturnum dicunt, Martemq; malignos.

Sed plus Saturnum, Martem minus. Ex alta q;

Parte Iouem Veneremque bonos, plus hunc, minus illam.

P. OVIDII NASONIS

Mixtum Mercurium ponunt in utroque uicissim.

EX bis principijs sunt inter cetera multa
Conati domini stellarum reddere causam,
Cur sit nona domus fidei uel religionis.

Nam cum Saturni sit circulus altior, inde
Incipiunt, primæque domus uenantur ab ipso
Causas & proprietates. Iterumque secundæ
A Ioue qui succedit ei, similique deinceps
Scemate per reliquos, donec sit septima luna.
Inde reuertatur octaua domus moderanda
Saturno, post nona Ioui, nisi Iuppiter ergo
Significare fidem per præarrata probetur.
Nec poterit domui nonæ præstare, quod ipsa
Significare fidem possit uel religionem.
Sed quod significet, sic per prædicta probetur.

Fortunas Iouis & Veneris prædiximus esse,
Maioremque Ioui dedimus, Veneri minorumque
Cumque duæ uitæ sint, præsens atque futura.
Dignior illa quidem quæ sit præsens, ideo quod
Plus ualet æternū, quam quod pro tempore durat.
Propter id est Veneri data significatio, supra
Fortunas huius mundi, sit gratia uerbo,
Ludos, & cantus, ornatus atque colores,
Quodque per olfactum, gustum ue inuauat, cottumque.
Et concludendo breuiter super omnia mundi
Gaudia, quicquid in hac est delectabile uita.
Sicque Ioui cessit uitæ fortuna futura.
Assertiue quam nullus describere posset,

DE VETVLA LIB. III.

Imo negatiue vult describi. quasi dicas.

Qua nihil est melius, nihil est tocundius usquam.

Quod cum non possit, nisi religione fideq;

Quatenus adquiri, merito quoq; Iuppiter illas

Significat, merito domui nonæ dedit illas.

Ex quibus ulterius uenabimur, ut ueniamus

In uitæ sæcli uenturi cognitionem.

Significare fidem Iouis est & religionem.

Ergo secundū quod complectitur ipse planetis

Et fides species debent diuersificari.

Sicq; fides sunt sex, sed non nisi quatuor usq;

Tempus ad hoc præsens latas inuenimus esse.

Si complectatur Saturno Iuppiter, ex quo

Saturnus grauior est omnibus, ipseq; nulli

Iungitur ex alijs, omnes iunguntur eidem.

Esse fides debet, quæ nullam confiteatur

Ex alijs, omnes tamen inclinentur ad ipsam.

Talis erat Iudæa fides, & talis adhuc est.

Si Marti, Chaldaea fides credetur, apud quam

Ignis adoratur, cui significatio Martis

Concordat. Sed si soli, sequitur quod adorent

Militiam cæli, cuius princeps quoq; sol est.

Si Veneri, iam nostra fides conuincitur esse.

In qua si libeat, quodcumq; licere putatur.

Scripta licet super hoc nondum lex inueniatur.

ET quia quattuor has iam præcessisse uidemus

Et reliquas etiam præsumimus esse futuras.

Lunæ postremam legem fore coniciantes,

P. OVIDII NASONIS

Vel quia post alios est circulus infimus eius,
 Vel quia lunaris motus corruptio, legem
 Omnem significat tolli debere per ipsam.
 Fœda fides erit hæc, quam rex in fine dierum
 Siue potens aliquis uiolenter, & absq; colore
 Est inducturus. qui diuinum sibi cultum
 Vsurpare uolens, occidet & opprimet omnes
 Contradictores. nec tanta occisio, tanto
 Tempore, pro turpi caussa præcesserit unquam.
 Sed durare parum poterit, quia luna figuræ
 Motus & lucis est mutatiua frequenter.

Ante tamen legem lunæ, lex Mercurialis
 Promulganda manet. sed propter Mercurij tot

Circuitus, & tot inflexus atq; reflexus,
 Difficilis credi super omnes lex erit illa.
 Et multum grauitatis habens, multumq; laboris.
 Obuia naturæ, supponens plurima, sola
 Conciptenda fide. quare dubitatio multa
 Surget apud multos, nodosaq; quæstio multa.
 Sed quia Mercurius scripturæ est significator
 Et numeri, per quæ lex omnis habet stabiliri.
 Et quia præcipue non quæ sunt temporis huius
 Mira, sed æternæ promittet commoda uitæ
 Tot defenditur subtilibus argumentis.
 Quod semper stabit in firmo robore, donec
 Tollat eam lunæ lex ultima, sicut & omnes.
 Vel saltem suspendat eam, quia rex ubi nequam

Prædi

DE VETVLA LIB. III.

Prædictus sublatus erit, cessanteq; sæda
 Lege sua, uel erit tunc consummatio, motu
 Stante. uel ex alijs prædictis legibus, unam
 Omnes assument, & forte probabiliorem.
 Nam quia decepti fuerint communiter omnes,
 Ad resipiscendum uenient concorditer omnes.

Tunc fiet legum collatio, forte uidetur
 Quod non debet præferri quæ colit ignem,
 Vel quæ militiam cœli, quia nulla creatæ
 Res est digna coli. Rursum Iudæa fides, &
 Nostra, creatorem solum licet esse colendum
 Edoceant, tamen æternum nihil inde mereri
 Promittunt, sed quæ præsentis sunt bona uitæ:
 Ista uoluptates promittit, & illa fluentem
 Terram lac & mel. lex autem Mercurialis
 Dignior esse fide reputanda uidetur, eo quod
 Æternæ uitæ bona promissura sit. ad quæ
 Nemo uenire potest, nisi religione fideq;
 Quæ Iouis in sortem cesserunt, significantis
 Sicut prædictum est, æternæ commoda uitæ.
 Fœlix qui sectæ causas prænoße futura
 Posset, uenturus per eas in cognitionem,
 Quis sibi uiuendi modus aptior esset ad hoc, quod
 Inde mereretur æternæ gaudia uitæ.

Dicunt astrorū domini, quod in omnibus annis
 Viginti, iunguntur Iuppiter & pater eius.
 Cumq; duodecies in signis triplicitatis
 Vnius iuncti fuerint, seu tredecies, ut

P. OVIDII NASONIS

Accidit interdum. tandem mutatur eorum
Ad succedentem coniunctio triplicitatem.
Quarum consuevit coniunctio maxima dici
Quæ fit in initio puncti uernalis. & ipsa
Post quasi nongentos & sexaginta fit annos,
Ipso Saturno bis sex decies reuoluto,
Significans nunc diluuium, nunc æris ignes,
Nunc terræ motus, nunc annonæ grauitates,
Regnorumq; uices permutat & imperiorum:
Ast alibi quæ fit, mutata triplicitate,
Consuevit dici maior coniunctio, septem
Significans, mutansq; fidem per climata quædam,
Et fit post annos quasi quadraginta ducentos.

VNa quidem talis foelici tempore nuper
Cæsaris Augusti fuit, anno bis duodeno
A regni nouitate sui, quæ significauit
Post annum sextum, nasci debere prophetam
Absq; maris coitu de uirgine. cuius habetur
Typus, ubi plus Mercurij uis multiplicatur
Cuius erit concors complexio, primo futura
Sectæ. nam nusquam de signis sic dominatur
Mercurius, sicut in signo uirginis. illic
Est eius domus, exaltatio, triplicitasq;
Per totum signum, nec non & terminus eius.
In primis septem gradibus, dictiq; propheta
Habetur typus ibi, quamuis sub enigmate. namq;
His in imaginibus quæ describuntur ab Indis,
Et Chaldaeorum sapientibus ac Babylonis

DE VETULA LIB. III.

Dicitur ex ueterum scriptis, ascendere prima
 Virginis in facie, proluxi uirgo capilli
 Munda quidem, magniq; animi, magniq; decoris,
 Pluris honestatis. & in ipsius manibus sunt
 Spicæ suspensis, & uestimenta uetusta.
 Sede sedet strata, puerumq; nutrit, puero ius
 Ad comedendum dans. puerumque Iesum uocat ip-
 sum

Gens quædam, sedet & uir ibi sedem super ipsam.
 Hæc scripsit prior ille propheta Noe uenerandus.
 Et docuit primogenitus Sem filius eius.
 Hæc autem cæli pars ascendebat in hora,
 Qua cum Saturno Iouis est coniunctio facta,
 Nupex significans sectam, quia triplicitatem
 Mutauere suam, nec non etiam proprie punctum
 Veris, ubi fieri coniunctio maxima posset.
 Principio signi propior si forte fuisse,
 Tunc & erant anni Græcorum quinque trecenti
 Atq; nouem menses, cum ter sex pene diebus.

Fœlix cui plene coniunctio tanta pateret.
 Tamq; potens fidei præclara, significatrix,
 Per quam uentura quærentur gaudia uitæ.
 Per quam cognosci mores & uita prophetæ
 Prædicti possunt. sciriq; potest per eandem
 Quod sine peccato uiuet super omnia uerax,
 Et quod doctrinæ sanæ, quod clarificandus
 Portentis & prodigijs, mirabilibusq;
 Virtutum signis. quæ certe posse patrare

P. OVIDII NASONIS

Non est humanum, sed digna deo potius sunt.
Forte nec est hominem fas ipsum dicere purum.

NAm sup hoc puero sunt olim multa loquuti
Quidam, qui uitam ducebant spiritualem.
Utentes parce, somno, potuq; ciboq;

Sensibiliq; suus elongabatur ab omni
Spiritus, & domita se sursum carne leuabant.
Sic intellectus intendebatur eorum

Intantum, quod eis prænosse futura dabatur
Vel per somnia, uel uigilando cadebat eorum
In mentem, per eosq; loqui deus ipse uolebat.

Ac ideo tales appellauere propbetas.

Tales dixerunt, quod sic de uirgine nasci
Debeat unus homo simul & deus, & quod utranque
Humanam atq; dei, sit naturas habiturus.

Sed uia possibilis non est, hæc clausa uidetur
Porta meis oculis, quia non intelligo plane.

Hoc unum noui, quod homo fieri deus unquã
Non posset. nam quod ex tempore cœperit
esse,

Æternum non esse potest. quia si cariturum
Fine sit, idcirco quod fit deus, amodo saltem
Non sine principio poterit fore. sed quod utroq;
Non caret, æternum non est. etenim duo potuit,
Et quod ab æterno durauerit hætenus, & quod
Duret in æternum. quare, quod conditionis
Non est æternæ, fieri nequit amodo tale.
Si deus igitur æternus, nemo deus fit.

DE VETULA LIB. III.

Hoc unum noui, sed nescio si deus esse
 Vellet homo. si uellet enim, cum summa uoluntas

Non habeat uel habere queat quibus impediatur.
 Possent homo fieri, carnemque assumere possent
 Ac unire sibi, sed qua ratione moueri
 Possent ad hoc, ego non uideo. tamen undique uenor,
 Undique perscrutor, si possem forte uenire
 In uerisimilem, ueram uel probabilitatem,
 Qualiter induci deus ad quid tale uolendum
 Possent. certus enim sum, quod lex Mercurialis
 Plurima natura contraria sit positura.

Hoc unum uideo, quod cum deus, ut retro dixi,
 Caelestem motum prouiderit esse staturum,
 Et sibi de solis indiuiduis specie
 Cura sit humana, uult forte uitam meditari,
 Qua possint homines in fine resurgere mundi.
 Quare uult indiuiduum specialiter unum
 Ex alia, cuius uirtute resurgere possint,
 Inter eos fieri, quod naturaliter ambas
 In se naturas habeat, nostramque suamque.
 Ex unaque mori, rursumque resurgere possit
 Omnes, post habitum per eum de morte triumphum.
 Hoc esset certe dilectio maxima. sed non
 Miror, si summus sit munera summa daturus.
 Sed licet iste foret homo uerus, non tamen ipse
 Nasci deberet, sicut communiter illi
 Nascuntur, qui sunt homines puri. quia tantum

P. OVIDII NASONIS

Ac talem, per quem foret incorruptio danda,
 Ex incorrupta quoq; nasci matre deceret.
 Hæc sunt quæ cecinit Cumana Musa sibyllæ
 Nuper in urbe sacra, quasi cuncta fides oculata
 Prædocuisset eam, uel in aure sua sonuissent.

Confiteor q; dicta fides quàm plurima ponet
 Obuia natura. sed adhuc ibi questio restat
 Difficilis, de qua surgit dubitatio maior.
 Nam de prædictis quidam dixere prophetis,
 Quod deus est trinus, & q; nihilominus unus.
 Hoc autem tantum meus intellectus abhorret,
 Quod nec materiam se uertere possit ad istam.
 Non quia non multum desyderet, ut sciat huius
 Dicti radicem, si radix est ibi. uerum
 Semita nulla patet mihi, qua ueniatur ad ipsam.
 Nec tamen hoc uerbum soli dixere prophetae,
 Sed quidam de philosophis, qui pauca loquuntur
 Magna subesse suis uoluerunt pondera dictis.
 E quibus in medium ueniat famosior unus.

Inquit Aristoteles Græcorum philosophorum
 Princeps & dominus, ueriq; perennis amicus:
 Res omnes sunt tres, numerus ternarius in re
 Qualibet existit, nec nos extraximus istum
 A nobis numerum, sed eum natura docet nos.
 Nam per eum numerum similes res dicimus omnes
 Esse creatori, per eum quoq; nos adhibemus
 Significare deum, qui quamuis sit deus unus,
 Est tamen & trinus. sic dixit, nescio cuius

DE VETVLA LIB. III.

Doctrina præcepta sequens, aut nescio cuius
Philosophi zelans uestigia, siue propheta.

Dixit quod trinus, nec dixit quomodo, solum

Dixit quod sic est. qui nunquam credulitatis

Incessisse uia uisus fuit, usus ubiq;

Aut rationibus, aut cogentibus argumentis.

Hic autem nulla fultus ratione, uelut si

Texeret historiam, solum sic esse canebat.

Et quasi per calamus plumbi fortasse loquutus

Spiritus est per eum, uesanaq; pectora uerbum

Euomere nouum, quod non conceperat ipse.

Ac si nec super hoc omnino tacere ualeret,

Nec quod dicebat, plene cognoscere posset.

IN quo sic illo famoso deficiente,

Nec confundor ego, mihi si perfectio desit

Ad cognoscendū quaedam, quibus inferior sum:

Niliq; uerecundor, contra me, uera fateri.

Defectiuus in hoc meus intellectus, atundet

In multis alijs. nec enim mysteria tanta

Peruia sunt nobis, quia quæ proportio lucis

Solis ad obtusos oculos uespertilionis,

Hæc & ad ingenium nostrum huius materiet.

Nec puto posse capi, nisi postquam uenerit ille

De cælo, cæli plene secreta reuoluens.

Tunc etenim credam, si tantum dixerit ipse.

Et quia dicturum dicunt, etiam modo credo.

Ipsum uenturum iam diligo, iamq; paratus

Credere doctrina, quam dixerit esse sequendam.

P. OVIDII NASONIS

Cultoremq; suum me repromitto futurum,
 Dum tamen ipse trahat. quia si non traxerit, ipse
 Nemo placere potest, & ad ipsum nemo uenire.

D Octurus tñ est, qua nos ueniamus ad ipsum:
 Monstrabitque uiam. quia per quam uene-
 rit ad nos,

Illam tenenda uia est, illas nos ire necesse.
 Et iam præcessit de quadam uirgine, per quam
 In mundum ueniet. nobis erit hæc adeunda.
 Hanc mediatricem dabit humano generi, rex
 Largitor uentæ, nostræq; salutis amator.

O Virgo foelix, & uirgo significata
 Per stellas, ubi spica nitet. q; det mihi tantum
 Viuere, q; possim laudum fore præco tuarum
 Nam nisi tu perfecta fores, non eligeret te
 Hic deus omnipotens, ut carnem sumeret ex te,
 Uniretq; sibi, nisi digna fores. etiam, quod
 Filius ille tuus postquam surrexerit, & de
 Morte triumpharit, te uellet honorificare.
 Te superexaltans, cælosq; locans super omnes,
 Et sibi concathedrans. ubi nanq; locauerit illam
 Electam carnis partem, quam sumpserit ex te,
 Et carnem de qua fuerit sua sumpta, locabit.
 Fas etenim non est, quod postquam portio carnis
 Vna tuæ fuerit, sic cum deitate leuata
 Reliquias alibi locet, ut sua diminuatur
 Munera circa te. dum quod bene cæperit, hæc in
 Parte tui, non in te tota prosequeretur.

DE VETULA LIB. III.

Nam contracta manus tanto est indigna datore.
Perfectum perfecta decent. absit, quod apud quem
Plena potestas est, illi det dona recisa,
Quam uult sublimare creaturam super omnem.
Sed nec ad id quod sic prælata resurgat, oportet
Expectate statum motus, in fine dierum
Quando resurrecturi sunt generaliter omnes.
Præsertim, cum sit illi carni specialis
Causa resurgendi, quæ materialiter illam
De se producet carnem, quæ primo resurget.
Vnde resurgendi uis propagabitur ad nos.
Nec fas est etiam, quod eatenus in minus alto
Sistatur suus ordo gradu. quia quam deus ante
Sæcula, donandam tanto præuidit honore.
Non opus est ut eam uelit exaltare gradatim,
Sed simul assumet, simul & sibi concubedrabit.
Illic esto tui memorum memor, optima uirgo.
Illic cum fueris, pro nobis tracta trahendis.
Pro nobis te non pigeat suadere, quod ad se
Nos trahat is per te, qui per te uenerit ad nos.
Maxima quem per te dilexio traxerit ad nos,
A nobis ipsi sit gloria laudis, ab ipso
Gratia sit nobis, & metæ nescia uita.

FINIS.

Siehe die handschriftliche
Handschriftliche Handschrift

Die handschriftliche Handschrift
Handschriftliche Handschrift
Handschriftliche Handschrift
Handschriftliche Handschrift
Handschriftliche Handschrift

